Cons. B. 33. 9

ISTITUTO STORICO ITALIANO
ISTITUTO STORICO PRUSSIANO

# Regesta Chartarum Italiae

## REGESTO
DEL
## CAPITOLO DI LUCCA

A CURA
DEI
CAN.ci P. GUIDI E O. PARENTI

VOL. II.




ROMA
ERMANNO LOESCHER & C.o
(W. REGENBERG)
1912

Com. C. 1. 9

# REGESTO

DEL

# CAPITOLO DI LUCCA

PUBBLICATO

DALL'ISTITUTO STORICO ITALIANO

A CURA

DEI

CAN.ci P. GUIDI E O. PARENTI

VOL. II.

ROMA
ERMANNO LOESCHER & C.o
(W. REGENBERG)
1912

DIRITTI RISERVATI

## ABBREVIAZIONI ADOTTATE NEL TESTO.

A. a. = Anno, anno
abb. = abbas, atis
Act. Hact. = Actum, Hactum
archic. = archicancellarius, ii
archid. = archidiaconus, i
archipresb. = archipresbyter, eri
arg. arig. = argentum, i; arigentum, i

B. b. = Beatus, i; Beata, ae; beatus, i; beata, ae
b. m. = bonae memoriae

can. = canonicus, i
canc. = cancellarius, ii
civ. = civitas, atis
cl. = clericus, i

d. = dicitur
den. = denarius, ii
diac. = diaconus, i

eccl. ecl. heccl. hecl. = ecclesia, ae
ep. = episcopus, i

f. = filius, ii; filia, ae
ff. = filii, orum; filiae, arum
fin. = finibus

g. = germanus, i; germana, ae
gg. = germani, orum

id. = idus, uum
imp. = imperator, oris
ind. = indictio, onis

kal. = kalendae, arum

l. = loco (l. et fin.) = loco et finibus)
lab. = laborandum, are
libell. = libellario
libr. = libra, ae
Luc. = Lucanus, a, um; Lucensis, is, e

m. = manus, us
mod. = modium, ii; modiora
mon. = monasterium, ii

nom. = nomine
non. = nonae, arum
not. = notarius, ii

pal. = palatium, ii
persolv. perxolv. perexolv. = persolvendum
pert. = pertica, ae *misura*
pontif = pontificatus, us
pp. = papa, ae
prep. = praepositus, i
presb. = presbyter, eri

q. = qui, quae (q. d. = qui, quae dicitur)
qd. = quondam

R. = Romanae

S. s. = Sanctus, sanctus a, um (S. R. Eccl. = Sanctae Romanae Ecclesiae)
sest. sextar. = sextarius, ii; um, ii; sextariora
sist. sixt. = sistarius, ii; ium, ii
S. = Signum, us, a (S. m. = Signum, us, a manus, manuum)
sol. = solidus, i
Ss. = Sancti, orum; Sanctae, arum
ss. = subscripsi
star. = starius, ii; ium, ii; stariora
subdiac. = subdiaconus, i

t. = testis
tt. = testes, ium

u. = ubi (u. d. = ubi dicitur)

v. = vocatur
voc. = vocabatur

# REGESTUM

# L U C E N S E

1001. *Lucca, 9 Gennaio 1146.*

A. MCXLVI, V id. ian., ind. IX. Ego Malafronte qd. Gerardi f. per hanc cartulam dono et trado tibi Tedore filie qd. Guidi meam portionem de novem petiis de terris in l. et fin. Vurno; sex sunt u. d. sub Vinea; prima est casalinus cum muris super se, cum fundamento et omni edificio suo, quod olim fuit casa super se et orto et vinea insimul; tenet: unum caput cum uno latere in via publica, alterum cum alio latere in terra Barili qd. Albertini et aliquantulum de ipso latere in terra Gontelde qd. Sifredi; secunda, fuit olim vinea; tenet: unu(m) caput cum uno latere in via comunali, alterum cum uno latere in terra suprascripti Barili; tertia est casalinus cum muris super se, quod olim fuit casa super se cum molino et macinis et marulis et canalibus et aquiductu cum omnibus rebus ad eum pertinentibus, cum fundamento et omni edificio suo et vinea insimul; tenet: ambo capita in terra iandicti Barili, latus unum in via vicinali, alterum in terra suprascripte Gontelde et de suis consortibus; quarta, olim fuit vinea; tenet: unum caput cum uno latere in terra predicti Barili, alterum (caput) in simitula, alterum latus in terra de filiis Henrici qd. Sifredi et de suis consortibus; quinta est silva; tenet: unum caput cum uno latere in terra prenominati Barili, alterum (caput) in simitula, alterum latus in rivo; sexta est silva; tenet: unum caput in via comunali, alterum in rio, latus unum in terra prefati Barili, alterum in rivo; septima, octava et nona sunt oliveti u. d. Cantiniano, sicut inveniuntur per capita et latera. De novem petiis competit michi medietatem. Recepi meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Malafronti. S. m. Gualchieri f. Guidi, Folene qd. Signorecti atque Ildebrandi qd. Buoni tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* R. 131.

1002. *Tassignano (Lucca), 13 Gennaio 1146.*

A. MCXLVI, id. ian., ind. IX. Ego Henricus f. Guidi, mihi consentiente patre meo, per hanc cartulam pro anime mee remedio offero tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli unam petiam de terra, q. est ortale, in l. et fin. Lunata, prope Ausere; que tenet: unum caput in strata et in terra S. Bartholomei, aliut in terra Ermannetti da Sugrominio, latus unum in media fossa suprascripti Auseris, aliut in terra qd. Scotti qd. Brenci. Hanc petiam, q. est ad iusta pert. mensurata mod. II, vel si plus inventa fuerit, offero, ut deinceps in antea, tam in vita mea quam et post obitum meum, sit in proprietate eccl. et mon. et potestate presbiterorum et clericorum et monacorum, q. in eccl. et mon. pre tempora fuerint et in ea officium Deo fecerint, eam abendi et fruendi, ad eorum tantum usum et utilitate eccl. et mon. Pena dupli et arg. libr. XX. Act. Tassignano, iusta eccl. S. Margarite. S. m. Henrici, pater ei consensit. S. m. Paduli g. suprascripti Henrici, Mencorelli qd. Martini et Cinbardi f. eius, Bonfilii qd. Homici tt. Manfredus iudex imp. ss. Henricus not. imp.

*Originale:* E. 156. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus not.*:* Henricus reservavit in se tenimentum de suprascripta terra, ad reddendum omni anno in mense aug. XIV star. de grano, ad iusto star. Luc. venditorio, in suprascripto l. Potheuli, sub pena libr. X arg. et sub pena consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt.

1003. *Tassignano (Lucca), 13 Gennaio 1146.*

A. MCXLVI, id. ian., ind. IX. Nos Padule f. Guidi et Matteldina iugalis eius et filia qd. Rolandi, mihi Padule consentiente patre meo, et michi Matteldine consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo secundum legem interrogata sum, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. atque abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl., duas petias de terris nostris, q. sunt ortalias, in l. et fin. Pomaio; prima tenet: unum caput in via publica, aliut in terra Henrici Spiafame, sicut termina sunt, latus in terra S. Bartholomei,[1] sicut termina sunt, aliut in terra Bonfili, q. d. Monaci; et est ad iusta pert. mensuratoria star. XVI, et si plus inventa fuerit; secunda tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra nostra, quam nobis reservamus, et in terra Gottifredi de Anchiano, aliut in terra et media fossa, q. fuit Petri Pedangni; et est per mensura star. VIII et dimidio, et si plus inventa fuerit. Recepimus pretium, sol. CCLXXX Luc. monete. Pena dupli. Act. Tassingnano, prope eccl. S. Margarite. S. m. iugalium, Guido filio suo consensit et Padule uxori sue consensit.

Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Henrici g. suprascripti Paduli et Mencorelli qd. Martini et Cinbardi f. eius et Bonfilii qd. Homici tt. Henricus not. imp.

*Originale:* H. 74. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et repromissio ad defendendum contra omnes homines qui per manum tenet, ad penam libr. xx arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. (n)unc sunt vel in antea erunt. Suprascripti iugales debent tenere suprascriptas terras per tenimentum, ad reddendum omni anno xxv star. de grano in mense aug., ad iusto star. Luc. venditorio, quale per tempora erit in suprascripto l. Potheuli.

1 S. Bartholomei *è scritto su rasura.*

1004. *Lucca, 6 Febbraio 1146.*

A. MCXLVI, VIII id. febr., ind. IX. Ego Mattelda relicta qd. Mansi et filia qd. Teberti, consentiente michi Uberti f. Gerardi mundualdo meo, q. cartula de meo mundio pre manibus habet, per[1] hanc cartula vendo et trado vobis Petro, prenominato Argenti, archipresb. et f. qd. Petri atque Alberigo presb. et can. S. Martini qd. f. Iovanni duas portionem tibi Petro archipresb. et tertia portione tibi Alberigo presb. de una petia de terra cum tribus casinis et rebus massariciis super se in l. et fin. Massagrosi u. d. Pomaio et regitur atque laboratur per Panuccium et Petrum generum eius et Martinum atque Bonellum massarios atque colonos. A te Petro recepi pretium, sol. CXX Luc. monete et a te Alberigo recepi pretium, sol. LX Luc. monete. Repromicto ego una cum meis heredibus vobis vestrisque heredibus, ut si nos intentionaverimus et defendere non potuerimus, spondemus componere venditionem in duplum et penam arg. libr. X. Act. Luce. S. m. Mattelde. S. m. Uberti Mattelde mundualde sue consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Raineri f. Truffe et Guasco et Stranbo gg. qd. Arcari tt. Ugo not. regis.

*Originale:* N. 140.

1 *Il passo da* mundualdo *a* per *è scritto su rasura.*

1005. *Brancoli (Lucca), 28 Febbraio 1146.*

A. MCXLVI, prid. kal. mar., ind. IX. Nos Broccus presb. et Falmone et Ingifredi gg. qd. Uberti et Rustica matre nostra relicta qd. Uberti et filia qd. Rustici et Baldino qd. Pagani et Blanco suo f. et Sinalgaida iugales filia Angeli, qui supra Rustica consentiente mihi filii et mundualdi mei, et qui supra Blanco consentiente mihi genitore meo, et Sinalgaida consentiente mihi predicto Blanco viro meo, ubi interfui notitia Baldicioni et Martini gg. mei, a quibus interrogata sum secundum

edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Angelo et Matafilone gg. qd. Buiamonti una petia de terra, campo cum arboribus, in l. et fin. Vico Solari u. d. Campo, et tenet: caput cum unum latus in via publica, aliud caput in terra del Doscio et de suis consortibus, aliut latus in terra Guidi et Uberti gg. qd. Rustici. Est ad pert. mensurata mod. unum[1] et dimidio, minus uno[2] star.[3] Recepimus pretium, CCLXXX Luc. den. Pena dupli et arg. libr. XII. Act. Brancalo. S. m. gg. et mater eorum et iugalium et Baldino; suprascripti propinqui ad Sinalgaidam interrogandam fuerunt. S. m. Rusticus qd. Bruni, et Mentio Villano f. Guidi not., Benedicti qd. Vitali tt. S. m. Rustici qd. Andree et Galgani f. sui et Goctifredi qd. Donti tt. Guidus not. inp.

*Originale:* P. 40; *Regestum A, c. 6 v. Cf. il reg. seguente.*

[1] *Il Reg. A ha:* cultra una *nello spazio lasciato in bianco.* [2] *Il passo da* mod. *fino a* uno *fu scritto dopo* [3] star. *è scritto nell' interlineo.*

1006. *(1146 ?)*

« Compera ab eisdem germanis[1] de VIII^a^ portione predicte terre a Vondella et viro eius ».

*Regestum A, c. 6 v.*

[1] *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

1007. *Lucca, 7 Marzo 1146.*

A. MCXLVI, non. mar., ind. IX. Nos Mencorellus f. qd. Martini et Cinbardus f. eius et Lamandina iugalis predicti Cinbardi et filia Bernardi, mihi Cinbardo consentiente patre meo, et michi Lamandine consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. atque abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., duas petias de terris, q. sunt canpi, in l. et fin. Tassignano, prope eccl. S. Margarite; prima est in l. Limite: unum caput tenet in via publica, aliut in simitula, latus unum in terra Montanini qd. Guiducci qd. Bonichi, aliut in terra Henrici Spiafame, et est per mensura star. XXVIII, et si plus inventa fuerit; secunda dicitur Trentula: uno caput tenet in terra Gottifredi de Anchiano, aliut in terra S. Salvatoris de Sexto, latus unum in terra Fridicionis qd. Singnorecti, aliut in via publica, et est per mensura star. VII. Recepimus pretium, sol. CD. Luc. den. ab Uberto presb. et camerario mon. pro persona Alberti abb. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium et Mencorelli, Mencorellus f. suo consensit, et Cinbardus uxori sue con-

sensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Bonfilii qd. Pagani et Iulli f. Rolandini et Ugolini f. Iusberti tt. Henricus not. imp.

*Originale:* H. 84. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio ad defendendum contra omnes homines, ad penam libr. xxx arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel erunt. Suprascripti tt. Post hec Mencorellus et Cinbardus receperunt suprascriptas terras, ad reddendum omni anno in mense aug., in suprascripto l. Potheuli, xxxvi star. de bono grano, ad iusto star. Luc. venditorio, ipsi et eorum heredes et proheredes, sub pena libr. x arg. et consulum et treuguanorum et perdere omne ius et actione, quantum habuerint in suprascriptis terris. Presentia suprascriptorum testium et ind. et datale.

1008. *Arsina (Lucca), 13 Maggio 1146.*

A. MCXLVI, III id. madii, ind. IX. Ego Petrus qd Bonelli per hanc cartulam vendo et trado tibi Ci[co]lo qd. Menchi omne ius et actionem et locationem, usum et derictum et melioramentum, quantum mihi pertinere videtur, de una petia de terra, q. est campus, quam habeo per tenimentum ab eccl. et mon. S. Quirici de Monticello, et esse videtur in l. et fin. Arsina u. d. Pilicastro, et tenet: unum caput in terra Vectorii qd. Bruni, aliut in via publica, latus unum in terra S. Pomtiani, aliut in terra suprascripti S. Quirici. Hoc ius etc. vendimus et tradimus, reddendo omni anno tu Cicolus et tui heredes ac proheredes pro pensione de suprascripta terra mihi Petro meisque heredibus ac proheredibus per totum mensem setembris den. unum Luc. monete.[1] Recepi meritum, anulum aureum pro sol. v. Pena dupli. Act. Arsina, u. d. Girle. S. m. Petri. S. m. Piccinelli qd. Iohannis, Arrici qd. Bectusci, Uberti f. [Cic]uli[2] tt. Romanus not. imp.

*Originale:* C. 97. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il passo da* den. *a* monete *è nell' interlineo.* 2 Ciculi *leggesi per intero nella carta* C. 60*; cf. il reg. seguente.*

1009. *Arsina (Lucca), 13 Maggio 1146.*

A. MCXLVI, III id. madii, ind. IX. Ego Petrus qd. Bonelli per hanc cartulam pignoris nomine do et trado atque ubligo tibi Ciculo qd. Menchi omne ius et actionem[1] etc. de una petia de terra[2] etc., et tenet: unum caput in via publica, aliut in Fredana, latus unum in terra S. Pontiani, aliut in terra suprascripti S. Quirici. Recepi mutuo, anulum aureum a te pro sol.[3] III, ut inferius comtinetur.[4]

*Originale:* C. 60. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Ec cartula tali tenore facta est: Si Guilielmus frater meus vel sui heredes fecerint tibi Ciculo vel tuis heredibus aliquod letigium de illo iure, quod ego tibi vendidi, tu abeas suprascriptum pingnus; et si supra-

scripta ecl. molestaverint suprascriptum Pet(r)um, quod perdat totam terram, quam abet a suprascripta eccl. *(l'orig. ha :* eccela*)* debet redere sol. v Ciculo vel suis heredibus et restaurare, si meliorata erit suprascripta venditione in la(u)damento laboratorum bonorum homminum.

1 *Segue come nel reg. precedente.* 2 *Come alla nota 1.* 3 *Segue* sex *cancellato.* 4 *Segue l' escatocollo come nel reg. precedente.*

1010. *Pozzeveri (Lucca), 20 Maggio 1146.*

A. MCXLVI, XIII kal. iun., ind. IX. Ego Rodolfinus qd. Gerardi, quia tu Albertus abb. eccl. et mon. S. Petri de Putheuli dedisti mihi meritum, arg., per hanc cartulam repromitto tibi, quod deinceps in antea ego vel mei heredes non habemus ullo modo agere seu molestare seu litem facere tibi vel tuis successoribus rectoribus mon. nulla de una petia de terra, q. est gereto,[1] prope Piscia Minore et u. d. Terme, cum molendina super se abente et goraio et acquiducio molendini et omni edificio, quod ibi esse videtur ; et tene : uno capo in terra de filiis qd. Uberti de Cafaio, alio in terra de filiis qd. Bacoturi, latus unum in terra de filiis qd. Belli, alio in terra Rovaiora et de filiis qd. Sardinelli ; aut si apparuerit exinde nostrum datum vel factum, unde vobis damnietas appareat, spondeo componere penam sol. c, sub pena potestatis, et post penam solutam, ut suprascriptum est, semper abeat roborem. Act. Potheuli, intus casa mon. S. m. Rodolfini. S. m. Benectoni qd. Angeli et Rolanduci qd. Petri et Cothi f. Gislicioni et Guiduci qd. Arnaldi et Quarticioli qd. Lamberti tt. Glandulfus not. regis.

*Originale :* X. 48.

1 *Così l' orig.*

1011. *Moriano (Lucca), 1 Agosto 1146.*

A. MCXLVI, ipsa die kal. aug.,[1] ind. IX. Ego Ugo qd. Petri et Matelda coniux eius, ego Matelda consentiente mihi viro meo, ubi interfuit notitia Morechi et Rolandi gg. ff. Rustici, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam, pingnoris nomine, damus et tradimus tibi Fromti qd. Gerardi unam petiam de terra nostra, q. est oliveto, in l. et fin. Moriani, u. d. Pistiliore ; tenet : unum caput cum uno latere in terra Gerardi qd. Dominici et fratrum sui, aliut caput in via publica, aliut latus in terra Rustici qd. Bonithi. Hec petia tibi eam damus et obligamus. Recepimus mutuo, arg. pro sol. v a Morone qd. Dominici pro te Fromte, ut inferius continetur. Pena dupli. Act. Moriano, u. d. Col di Floco. S. m. iugales, U[go] coniugi sue con(sen)sit ; suprascripti propinqui interfuerunt. S. m. Gerardi

qd. Dominici et Moroni g. eius, Guidolini qd. Morecti [tt.]. Romanus not. imp.

*Originale:* F. 127. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Ec cartula tali tinore facta est: Si nos iugales vel nostri heredes rediderimus et perxolverimus tibi Fromti vel tuis heredibus suprascripti sol. dehinc usque ad quactuor annos et prode omni anno, usque in suprascripto termine, in vindemia ad palmentum duodecim star. de musto, iusto star. nostri loci venditorio, ec cartula sit inanis et vacua; set si redicti et perxolti non abuerimus suprascriptos sol. et predictum prode, ec cartula sit firma et stabilis. Insuper Marchese obligavit se, sub pena episcopi, si predicti iugales non observabunt quod superius legitur, ipse debet fieri reditorem de suprascripto debito Fromti et de suprascripto prode.

1 *L'orig. ha:* octugusti

1012. *Massaciuccoli, 6 Agosto 1146.*

A. MCXLVI, VIII id. aug., ind. VIII.[1] Nos Ildebrandinus qd. Ildebrandi et Speciosa uxor eius et filia qd. Landuini, consentiente mihi viro meo, ubi secundum legem interęssę videtur notitia duorum propinquiorum mei, corum nomina sunt: Salamone f. meus et Ugolinello f. Ugonis not., propincus meus, a quibus interrogata sum secundum edicti painam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Pichio qd. Homodei * * omnibus casis et terris et vineis et olivetis agrestis et domesticis, quam vos per nos detinetis al Poio et a Ginestra, de terra, q. fuit Turchi qd. Lupicini; omnia cum finibus et ingressibus suis et cum iure et actione et omni pertinentia sua. Recepimus pretium, sol. viinti et octo. Pena dupli et arg. sol. LX. Act. Massamciuculi. S. m. iugalium; et investierunt eos inde ad proprietatem ad suprascripta penam, meritum et testes. S. m. Belloni qd. Martini et Gerardi qd. Lunii et Viviani qd. Ciguli tt. S. m. suprascriptorum propinquiorum q. interfuerunt et Speciosa interrogaverunt. Ugo not. inp.

*Copia del sec. XII-XIII di* Bellebonus not. imp. Frederici*:* Q. 196.

1 *L'anno corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1145).*

1013. *Lucca, 7 Novembre 1146.*

Brevę ad memoriam in posterum recollendam, qualiter in civ. Luca [in canonica? S. Ma]rtini, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt, lis et contraversia, que [vertebatur? inter? Tini]osum[1] filio Oppiti et filiorum Rolandi qd. Cecionis,[2] ab una partę liticantęs, et canonicis[3] suprascripti S. Martini, a[b altera p]artę, Manfredus iudex et Morectus qd. Antonii et Froghierius qd. Bruni consulibus Lucensium, presidentibus predicta civitati, ad causas et lites definiendas, tali modo sobita et difinita est: laudaverunt suprascripti consulęs, ut cano-

nicis habeant una coltra de terra de l. Verciano per proprietatę, per decima de casa, qui fuit qd. Alluccionis,[4] et una metha coltera de suprascripta terra in eodem l. per proprietatę, per la finę de quinque sol. per XII din. da Mogiolo et quatuor sol. da Cilliano, et altera metha coltera de suprascripta terra habeant per proprietatę canonici ad partem S. Martini per conpera pro sol. L et decem sol. per lo mendo[5] der colto de suprascripta terra. Hoc consules laudaverunt et preceperunt, ut onni tenpore ab anbabus partibus firmum et ratum atque inmutatum teneatur, sine ulla molestia. In presentia: Henrichi et Guidocti gg. qd. Lei, Sasselli f. Gerardi, Villani qd. Dominichi, Ildebrandi qd. Iohannacchi et Rolandi causidici. A. MCXLVI, VII id. nov., ind. X.[6] Suprascriptis hominęs ibi fuerunt.[6] Vuido not. imp., cuius presentia acta et scripsi.

*Originale:* O. 159; *Regestum A, c. 24 e c. 30 con l'a. 1145.*

[1] *Il Reg. A a c. 30 ha:* Laudamentum inter canonicos S. Martini ex una parte et Tiniosum qd. Opithi de Boçano *etc.* [2] *Il Reg. A a c. 30:* Cecionis vel Allicionis [3] *Corretto da* canonica [4] *Il Reg. A a c. 30:* pro decima Alliccionis qd. Allucci et mediam cultram ibidem (in Verciano) pro libello de terris de Parathana; de quibus reddebantur sol. x; de quibus contingebant eidem Allicioni sol. v [5] *D' incerta lettura, ma probabile* mendo, *come ha pure il Reg. A a c. 24 e a c. 30, dove aggiungesi:* et ita debemus habere duas cultras terre in Verciano pro casa Alluccinga [6] *Sotto v' è un largo spazio in bianco.*

1014. *Moriano (Lucca), 24 Novembre 1146.*

A. MCXLVI, VIII kal. dec., ind. X. Ego Guidolinus qd. Morecti, quia tu Fromte qd. Gerardi dedisti mihi meritum, anulum aureum pro sol. L, per hanc paginam repromitto tibi, quia ab odie in antea i(n) nullo tempore non abeamus potestatem, nec ego neque mei heredes, tibi neque ad tuos heredes intentionare neque molestare nulla de tua portione, que sunt tres portiones, de duobus petie de terris in l. et fin. Moriani; una est campus et vinea insimul conpreensa et dicitur a Ppectule; secunda est campus et d. Vico; que tibi per cartulam Romani not. imp. ex comparatione obvenit a me ipso. Pena: arg. libr. x et illius potestatis, qualis pro tempore corrigit predictum locum. Act. Moriano, prope palatio. S. m. Guidolini. S. m. Rustici qd. Bonthi, Morechi f. eius, Arrici qd. Homodei tt. Romanus not. imp.

*Originale:* F. 138.

1015. *Lucca, 4 Febbraio 1147.*

A. MCXLVII, prid. non. febr., ind. X. Nos Rusticus qd. Leucci et Cristina iugales filia Morecti, consentiente mihi Cri-

stinę marito meo, ubi interesse videntur notitia Sabatini g. meo et Iohanni primo consobrino meo f. Boniti, ad quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ranuccino sellaio qd. f. Guidi tres petiis de terris nostris; prima est vinea, in l. u. d. Allagia, et tenet: unum caput in terra Petri, alterum in terra Martinucci qd. Iovannacchi, latus unum in terra Henrici, alterum in terra Singnorecti; secunda, q. est similiter vinea, in l. u. d. a la Piastera, et tenet: unum caput in terra suprascripti Petri, alterum cum uno latere in terra suprascripti Singnorecti, alterum latus in terra S. Laurentii; tertia, q. est campus, in l. u. d. Spardacho, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Sasselli et Faitanelli et Villani gg. ff. Gerardi, latus unum in terra suprascripti Singnorecti, alterum in terra Iohannelli. Recepimus pretium, sol. XIX Luc. monete. Pena dupli et sub penam consulum et treguanorum tam presentium quam fucturorum. Act. Lucę. S. m. iugalium, Rusticus coniugi sue consensit. Sabatinus et Iohannis interfuerunt Cristina et interrogaverunt. S. m. Becchi qd. Goceri, Ubertelli Cernillio qd. Menchi, Guilielmecti qd. Iannelli, Pec[...] da Barga tt. Vuido not. imp.

*Originale:* C. 53. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Vuido: Rusticus iuravit: Ita ego non habeo aliquod factum vel datum, et non fecero dehinceps in amtea de suprascriptis tres petiis, quod sit danietas tibi Ranuccino vel tuis heredibus, et ego meo alodum est suprascriptis petiis non alicui homini. In presentiam predictorum tt. et datale. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* De Ranuccino [...] Guido Bellissimo; *e d'altra mano del sec. stesso XIII:* In Fredana et aliis locis.

1016. *Lucca, 11 Febbraio 1147.*

Eugenius (papa). Alberto abb. mon. S. Petri de Puteolis eiusque fratribus, regularem vitam professis. Tuis postulationibus annuimus, et mon. sub b. Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes, ut quecumque bona mon. possidet aut poterit adipisci, firma permaneant. Hec propriis duximus exprimenda vocabulis: terram, quam habetis in Plebe S. Pauli, terram in plebe de Lunata, terram in plebe de Brancalo, terram in plebe S. Ianuarii et terram in villa de Gragnano. Sepulturam ipsius loci liberam esse concedimus. Dat. Luce, per manum Guidonis S. R. Eccl. diac. card. et canc., III id. febr., ind. X. A. MCXLVI, pontif. Eugenii III pp. a. II.

*Originale:* AA. 19. *Sigillo di piombo. Mittarelli, Ann. Camald. III app., 435, n. CCLXXXII; Migne, CLXXX, 1192, n. 158; Jaffé, n. 6289; Jaffé-L. n. 9005; Kehr, Italia Pontificia, III, 462, n. 3.*

1017. *3 Aprile 1147.*

« Carta fidelitatis facta per Bonfilium qd. Henrigi. (A.) MCXLVII, III nonus apr.; manu Henrigi not. ».

*Regestum A, c. 38, scrittura d'altra mano del sec. XIII.*

1018. *1 Maggio 1147.*

« Promissio Blanci qd. Gaudii et Tiniosi et Rolandini de reddendis XXXII den. et tria modia blave de terra de Selce.[1] A. Domini MCXLVII, ipsa die kal. madii ».

*Regestum A, c. 10 v.*

[1] *La rubrica dice:* In eadem Selce (Selce S. Bartholomei).

1019. *Ponte S. Quirico (Lucca), 15 Maggio 1147.*

A. MCXLVII, id. mai., ind. X. Nos Antonius qd. Ingithi et Lamandina iugalis et (filia) qd. Bonii, consentiente mihi Lamandine viro meo, ubi interfuit notitia Guilielmi et Cighi gg. qd. Martini nepotum meorum et propinquiorum parentum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam damus et tradimus atque obligamus, nomine pignoris, tibi Benefeci qd. Rospilii tres petias de terris in l. et fin. Arsine u. d. a Tora. Prima est cum casa, q. est sala et curte et orto cum arboribus super se, et vocatur Casa Maiori, atque tenet: unum caput in via publica, alterum in terra filiorum qd. Mingarde, latus unum in terra S. Marie de Arsina et S. Concordi, alterum in terra Rolandi qd. Cecionis et aliquantulum in terra Aliotti qd. Rolandi; secunda est campus et vinea in predicto l. u. d. a Tora, et tenet: unum caput in terra et fossicella suprascripti Aliotti, alterum in via publica, latera ambo in terra suprascriptorum ff. qd. Mingarde; tertia est campus et sterpetum in eodem l., et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripti Aliotti, latus unum in terra Angeli qd. Bonelli, alterum in terra filiorum qd. Guittonis et suorum consortum. Recepimus in prestantiam, sol. XIV, tali tinore, ut deorsum designatur. Pena dupli et sub pena Luc. consulum et treuguanorum. Act. in casa pontis S. Quirici. S. m. iugalium, Antonius coniugi sue consensit. Guilielmus et Cigus ad interrogandum Lamandinam interfuerunt. S. m. Lambertucii qd. Stephani, Buiamontis qd. Leucii, Gratiani et Mannases gg. qd. Ugicionis tt. Gattus not. imp.

*Originale:* C. 61. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus: Antonius iuravit per Domini evangelia, pro se et pro coniuge sua, investitione ei ab ea data ut supra suam animam iuraret, quatinus ipsa terra erat eorum alodium et non pertinebat aliis hominibus, se scientibus, et non dederant neque obligaverant ipsas alicui homini vel loco, ut damnietas fieret Benefeci vel suis heredibus; et si infra terminum octo proximiorum

annorum capitale et prode, ut inferius apparet, non reddiderint, deinde in antea non mitterent litem vel molestiam de suprascripta terra Benefeci vel heredibus. Haec cartula tali est facta tenore, ut qualicumque die dehinc usque ad octo annos proximiores Antonius vel sui heredes reddiderint Benefeci vel heredibus sol. XIV Luc. monete et prode dehinc usque kal. [...]rii star. de grano bono sicco, ad casam habitationis eorum Luce et deinde in antea omni anno IV sist. de grano, in eodem l., cum iusto sist. venditorio de classo Salaiolo, haec cartula sit inanis et vacua et reddatur Antonio vel heredibus; sin autem suprascripta res deveniat in proprietatem Benefeci et heredum et Antonius et heredes debent esse exinde auctores et defensores eis sub suprascripta pena dupli et consulum et treuguanorum Luc. Suprascripti tt.

1020. *Saltocchio (Lucca), 6 Settembre 1147.*

Breve recordationis ad memor[iam haben]dam, qualiter in l. et fin. Saltuchio, presentia bonorum hominum eorum nomina subter leguntur, Bo[... et ...]orecto *(?)* gg. qd. Bonfilii per fustem, quem in suis detinebant manibus, investierunt Massarum qd. Petri pro persona Uberti abatis eccl. et mon., que est posita in l. Porcari u. d. Potheuli, quod deinceps in antea omni anno per totum mensem [...] predicti gg. vel eorum heredes hac proheredibus debent reddere suprascripto abati et sui successoribus den. XXXII Luc. monete de duabus petiis de terris, quas Riccardus qd. * * pro anime sue remedio iudicavit eccl. et mon., in l. et fin. Saltuchi u. d. Rabboli; una est orto et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliut caput in terra Pagani et Ugonis gg. qd. Ugonis, halterum latus in terra Rolandi qd. Sassi; secunda est in eodem l., et *(?)* d. Vignore, et est castagneto cum plopis; tenet: unum caput in terra Diaconi qd. Fermucci, halterum in terra Gerardi qd. Homodei, latus unum in terra Lolli qd. Martini, halterum in terra Macagnani qd. Baldini. Pena: arg. sol. VIII Luc. monete et pena illius potestatis, que dominatur suprascripto loco. Presentia: Bruni qd. Gualandi, Saracini qd. Gerardi, Iohannis qd. Lamberti, Diaconi et Macamgni qd. Fermucci. A. MCXLVII, VIII id. sept., ind. XI. Romanus not. imp.

*Originale:* G. 31. *Nel margine inferiore, sul recto, da mano del sec. XIV-XV:* Eccl. et mon., que est posita in l. Porcari, u. d. Putheuli; *e nel verso, da mano del sec. XV:* Per questi instrumenti può provarsi esser (l')abbatia soprascritta in comune di Porcari.

1021. *13 Settembre 1147.*

« Venditio ab eodem Blanco de suo meglioramento predicte terre[1] Diverso qd. Cristofani. A. Domini M(C)XLVII, idibus sept. ».

*Regestum A, c. 10 v. Cfr. il reg. seguente.*

[1] *Cf. il reg. n. 1018, cui si riferisce.*

1022. *15 Settembre 1147.*

« Refutatio eiusdem Diversi[1] de eadem terra cum cassina ad canonicam S. Martini. (A.) MCXLVII, septimodecimo kal.[2] ottubris ».

*Regestum A, c. 10 v.*

[1] *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.* [2] *Segue* sept. *espunto.*

1023. *Pescia, 31 Ottobre 1147.*

Ad memoriam habendam, qualiter in l. et fin. Pisscia, prope eccl. S. Stefani, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, ego Bernardus not. sacri pal., cum Faberne filio meo, ego ei consentiens fui, per fustem, quem in nostris manibus tenebamus, nos investivimus, refutavimus, dimisimus in manus domini abb. Alberti de mon. Potheuli omnia querela et querimonia et de omnia pacta et conventa, quantas nos abebamus ad requirendum in retro tempore suis antecesoribus; et insuper investivimus predictum abbate de illis quatuor petiis de terris, quas qd. Albertinus et Bonaccius gg. qd. Bruni optulerunt mon. et in parte et sorte eas tenuerunt pro omnibus eorum bonis, que eis pertinebant ex parte qd. eorum genitore et qd. eorum genitrice per ereditatem et successionem, et ego inde consentiens fui Bernardus not. et ibi eram et pro nepotibus meis; una ex ipsis petiis, que esse videtur in Campo de Buiano u. d. Ponticelli; tenet: unum capud in redera, aliud in terra[1] de nepotibus qd. Ildibrandi qd. Bellini, latus unum in terra, q. fuit Lamberti qd. Guitti, aliud in terra, q. fuit Ugiccionis et de suo consorte de Camulliano; secunda videtur esse in Campo de Vivinaria u.[2] d. Debia; tenet: unum capud in terra Bueneventure qd. Bernardi del Folli, aliud in terra de filiis qd. Guidonis Anselmi, latus unum in terra S. Laurentii de Pisscia, aliud in terra S. Martini de Colli; tertia esse videtur u. d. Corzano; tenet: unum capud in terra Racanelli et Ardoni de Uzano, aliud in terra Armanni qd. Rolandi et in terra, que tenent Romellone et Tado et Bernarduccio et Richino, homnes de Vivinaria, latus unum in terra Paulinga, aliud in terra Meli qd. Bovis, de Villa; quarta esse videtur u. d. Guisastico; tenet: unum capud in terra Gerardini qd. Enrichecti qd. Ugiccionis, aliud in terra, quam tenet Cioffectus qd. Guidonis, unde percurrit Pisscia, latera a(m)bbas in terra Omicinga; que sunt inter totas cultres quatuor et plus. Inde intentionare neque molestare suprascriptum abbatem neque suos successores non debeamus;[3] et auctores esse debebimus et defensores ab omni persona. Pena: arig. libr. X; et post penam datam, semper manere debet obligationem et sponsionem in suo robore. Pro quam sponsionem et obligationem et investitura

et refutatione et dimissione recepimus meritum, sol. xx confirmandum est iusta legem. In presentia: Lamberti qd. Petri et Brunecti qd. Bonaldi, Ugonis qd. Guidonis et Guidonis qd. Rustici et reliqui plures. A. MCXLVII, prid. kal. nov., ind. XI. Et Ildibrandinus vicecomitis et ibi fuit. Ego suprascriptus Bernardus not. sacri pal. scripsi ec omnia mea manus.

*Originale:* V. 52. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Bernardus*:* Et Frascone qd. Singnorelli, q. in predicto l. erat, quando ego Bernardus not. feci omnia suprascripta, similiter per fustem, quem in sua tenebat manus, investivit predictum abbatem in manus eius et refutavit et dimisit per se et per suum fratrem Prefectum, q. in (i)tinere S. Sepulcri erat, et faci(e)bat per eius parabolam, et sicut ego Bernardus feci et investituram et refutationem et dimissionem de omnia querela et querimonia et de pacta et conventa, ita Frascone fecit per se et suum fratrem, sicut supra leguntur. Insuper investivit abb. Albertum de illis quatuor petiis de terris, sicut supra leguntur, per partem et sortem et divisionem stantem, sicuti a qd. Albertinus et Bonaccius dixerunt et voluerunt et ordinaverunt et sicut ego feci et ipse per se et suum fratrem fecit; et auctores et defensores investivit abbatem essent ipse et frater suus et eorum eredes ab omni persona, sicuti et ego feci, per singula. Pena: arig. libr. x; et post penam datam etc. *(segue come sopra)* Pro qua investitura, que guarentavit esse a parte et sorte et pro auctores et defensores recepit Frascone sol. xx et pro obligationem et sponsionem. In presentia de suprascriptis tt.: Lamberti et Bruni et Ugonis et Guidonis et Ildibrandini *(*Ildibrandini *è nell'interlineo.)* et plures. A. MCXLVII, XI ind., cum prid. kal. nov. Et ego Bernardus not. sacri pal. suprascriptus ibi eram et ex iussione Frasconi scripsi hec fideliter quam potui. *(*fideliter quam potui *è scritto su rasura).* Guilielmus not. regis interfui et ss. *(l'orig. ha:* subscriscripsi*)*.

1 terra *è nell' interlineo.* 2 *L' orig. ha:* ibi 3 *L'orig. ha:* debebamus

1024. *Vaccoli (Lucca), 9 Novembre 1147.*

A. MCXLVII, v id. nov., ind. XI. Nos Benectus qd. f. Iovani et Bicus f. eius Benecti et Faita uxur suprascripti Benecti et filia Rustichi et Meralda uxor suprascripti Bichi et filia qd. * *, consentientę nobis Faitę et Meraldę viris nostris, ubi interesse videtur notitia Tadiccioni et Corsi gg. mei Faita, et Anselmi et Rolandini gg. mei Meraldę, ad quibus interrogatę sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Ranuccino sellaio qd. Guidi unam petiam de terra nostram, q. est casa super se et curtę et vinea insimul, in l. et fin. Colleregi, et tenet: unum caput in terra et monte S. Martini, alterum in terra Mingarelli et in via publica, latus unum in terra Ughecti, alterum in terra Bernardi da Colleregi. Recepimus pretium, sol. cx Luc. monetę. Pena dupli. Act. Vacculę, prope eccl. S. Salvatoris. S. m. Benecti et Bichi et Faitę et Meralde, Benectus filio suo consensi, Benectus coniugii sue consensit, Bicus coniugii sue consensit. Tadiccionis et Corsu[s] gg. in[terfuerunt] Faita et interrogaverunt. Anselmus et Rolandinus gg. [interfuerunt M]eralda et

interrogaverunt. S. m. Sifredi qd. Bonii, Petri qd. Madii, Ugolini qd. Actini, Angelichi f. Bernardi tt. Vuid[o no]t. imp.

*Originale:* G. 39.

1025. *18 Dicembre 1147.*

« Gualfreduccius qd. Rolandi et Buzolinus qd. Soffredi mundualdi Bellediei et Tedore filiarum qd. Corsi et Mardora relicta suprascripti Corsi et filia Bonardini Tadiccionis et quedam alie mulieres obtulerunt Luc. capitulo unam petiam terre, q. est vinea, in l. Sulco de Vaccole u. d. Pisana. Manu Ughi not. (A.) M°C°XLVII, XV kal. ian. ».

*Regestum B, c. 64 v. Cf. il reg. seguente.*

1026. *(18 Dicembre 1147?).*

« Offersio a Gualfreduccio qd. Rolandi, pro anima Corsi, de vinea in Sulco de Vaccule u. d. Pisana; que tenet: caput in via publica, latus in terra filiorum Passavantis, alterum in terra Aldiberti ».[1]

*Regestum A, c. 45. Cf. il reg. precedente.*

[1] *Il ms. aggiunge:* De qua recolligimus III star. grani. *E nel margine, da mano coeva:* Hanc habet eccl. de Scopiccio.

1027. *1147.*

« Refutatio Ferrarii[1] qd. Malabrance de omnibus, que Raineri obtulerat eccl. B. Martini in Gragno et Sommocologna pro Ramundo archid. Lunensi ad eccl. S. Martini. A. Domini MCXLVII ».

*Regestum A, c. 4.*

[1] *Nel margine, da mano coeva:* Hic est de Gerardingis.

1028. *Borghicciolo (Lucca), 17 Gennaio 1148.*

A. MCXLVIII, XVI kal. febr., ind. XI. Nos Benectone cl. f. qd. Baldini et Romana iugalis eius, mihi Romane consentiente marito meo, lege Romana vivente, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri, que est edificata in l. Potheuli, unam petiam de terra, q. est canpus cum arboribus, in l. et fin. Greppo u. d. Lappeto; que tenet: unum caput in terra Plebanelli qd. Ceci da S. Ianuario, aliut in terra et media fossa Brunecti qd. Rustici et de nepotibus suis cum uno latere, aliut latus in terra filiorum qd. Gerardi qd. Glandi et de filii qd. Sartogii. Offerimus, quatenus a presenti die, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, sit in proprietate suprascripte eccl. et mon. et potestate presb. et cl. et monacorum, q. ibi pre tenpore fuerint et in ea officium Deo fecerint, eam habendi et

fruendi, ad eorum tantum usum et utilitatem suprascripte eccl. et mon. Pena dupli et arg. libr. x. Act. foris civ. Luca, u. d. Burgiciolo. S. m. iugalium, Benectone uxori sue consensit. S. m. Ildebrandini g. suprascripti Benectoni cl., Thabuli qd. Ruberti, Spinelli qd. Bernardini, Henrici qd. Morelli, Amistadi qd. Albertini tt. Henricus not. imp.

*Originale:* T. 120. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* De suprascripta terra recolligitur omni anno in mense aug. quinque star. de illa blava, q. in ipsa terra fuerit, videlicet, de grano aut de fave aut de milio tantum. Ex qua blava, donec Benectone vixerit, reservat sibi tria star. omni anno, et duo star. fiant omni anno suprascripte eccl. et mon. Post morte(m) vero Benectoni sint omnia suprascripte eccl. et mon. Suprascripti tt.

1029. *Lucca, 23 Gennaio 1148.*

A. MCXLVIII, x kal. febr., ind. XI. Ego Ubertus, Moriano prenomine dictus, qd. Sesmundi, per hanc cartulam dono et trado tibi Arigetto f. meo duas petias de terra, campi cum arboribus, in l. Tassignano; una est (in) l. u. d. Iscla Cava; quę tenet: caput in terra et media fossa Villani qd. Ildebrandi, aliud in terra Arigetti qd. Tegrimi et in terra * *, ambo latera in terra Rembi qd. Gottefredi et Matti consobrini eius; altera est in l. Via Vechia; quę tenet: caput in ipsa Via Vechia, aliud in simitula, latus in terra filiorum qd. Bruni et filiorum Melianę et suorum consortum, aliud in terra * *. Recepi meritum, anulum aureum a Cecio et Capo avunculis tuis qd. Homodei. Pena dupli. Act. Lucę. Ubertus hanc cartulam fieri rogavit. Dattus Enrici f., Anselmus qd. Rodulfi, Petrus qd. Martini tt. interfuerunt. Petrus not. regis.

*Originale:* D. 19. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Petrus*:* Hec cartula eo modo facta est, si ego Ubertus mortuus fuero, antequam Pagana, et ipsa Pagana post meum obitum alio viro se copulaverit, et dederit ei suam metam vel morgincap, sive quicquid ei a me ratione pertinebit, vel si non copulaverit, et ea, que supra dicta sunt, suis forte filiis ex me genitis vel alicui homini vel loco dare voluerit, et dederit. Si autem sic non fecerit, eiusque filii ei succedentes predictas rationes tecum communes habere voluerint, suprascripta donatio communis sit inter te et eius filios, tuos fratres scilicet. Quod dictum est de meta (de meta *è scritto nell'interlineo*) et morgincap sive de universo quod ei ratione pertinebit, illud idem de dote ipsius intelligatur.

1030. *Lucca, 14 Febbraio 1148.*

A. MCXLVIII, XVI kal. mar., ind. XI. Ego Ceciorinus qd. Guidi per hanc cartula, nomine pingnoris, do et trado atque obligo tibi Gregorius qd. Martini meam portionem, q. est pars minime de duas portiones, de una petia de terra, q. est campus, prope Verciano, ubi vocitatur Bosco, et tenet: unum caput in terra, quam

mihi reservo, aliut in terra S. Salvatoris de Cantingnano et nostra qui supra Ceciorino et Iordano qd. Ceci, latus in via publica, aliut in media fossa suprascripti S. Salvatoris. Conpetit mihi minime pars de duas portiones. Item do et trado atque obbligo tibi totum, quod Nano tenet a nobis. Pro XL sol. Luc. monete, quos a te prestancia recepi. Pena dupli et consulum et treguanorum Luc., qui pro tempore erunt. Act. Luce. S. m. Ceciorini. S. m. Ranuccini f. suprascripti Ceciorini et Ranuccio qd. Gerardi cl. et Pennacci qd. Stefani tt. Hubertus not. imp.

*Originale:* O. 162. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Hubertus*:* Terme *(sic)* anni octo, quacumque die, et prode omni anno decem star. inter grano et fabe et milio cum iusto star. Luc., in suprascripta penam consulum et treguanorum Luc., qui tunc erunt. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Iordani conversi.

1031. *Greppo (Lucca), 22 Febbraio 1148.*

A. MCXLVIII, VIII kal. mar., ind. XI. Nos Bensivecia relicta qd. Pelegrini qd. filie Homici et Bucianca et Parente germanis qd. suprascripti Pelegrini atque Adaleta uxor suprascripti Bucianca et filia Petri, consentiente mihi Bensivecia suprascripti gg. ff. et mundualdi mei et mihi Adaleta consentiente marito meo, ubi interesse videtur notitia duorum parentum meorum, scilicet: Guido g. meo atque Moreccio consubrino meo et f. qd. Petri, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, omnes insimul per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberti abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Petheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., medietatem de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Greppo u. d. a Lapeta; tenet: unum caput in via publica, aliut cum uno lato in terra suprascripta eccl. et mon., aliut latus in terra de curte de Porchari. Est ad pert. mensurata star. x. Recepimus pretium, sol. XL Luc. Pena dupli. Act. Greppo. S. m. Bensivecia et Buciancca et Parente et Adaleta, suprascriptis gg. eidem genitrice eorum consenserunt et Bucianca eide(m) conius sua consensit, et Guido et Moreccio interfuerunt suprascripte Adaleta. S. m. Malagallia qd. Octoni et Guarnellecti qd. Ianni et Guarticioli qd. Lamberti da Quarto et Gratiani qd. Brunecti tt. Ugo not. regis.

*Originale:* Q. 39. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo*:* Predicti gg., eorum heredes et proheredes debent tenere *(l' orig. ha:* tenenere*)* suprascripta medietatem, ad reddendum omni anno quatuor star. de grano in mense aug. vel de septembris, ad iusto star. venditorio Capannule, suprascripto mon. sub penam sol. sexanta Luc. monete et consulum et treguanorum Luc. et potestate de Capannule, qui nunc *(l' orig. ha:* hunc*)* est *(l' orig. ha:* erit*)*, vel in antea fuerit *(l' orig. ha:* fuerunt*)*. Suprascripti teste(s).

1032. *Gereto (Lucca), 27 Febbraio 1148.*

A. MCXLVIII, III kal. mar., ind. XI. Nos Cicuro qd. Martini et Gerardus qd. Guiduci et Bonadonna relicta qd. suprascripti Guiduci et filia qd. Uberti, ego Bonadonna mihi consentiente suprascripto Gerardo f. et mundualdo meo, in cuius mundio esse visa sum, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl. et mon., unam petiam de terra nostra, q. est orto atque vinea et olivam super se habentem, quam habemus in plebe S. Ianuarii, in l. et fin. u. d. Gereto et v. Pastino, et tene: uno capo cum uno latere in terra Bonfilii qd. Ugolini et Miliuke matris eius, alio capo in terra de filiis qd. Bui, alio lato in terra, que detinent hominum de Putho, que fuit contale. Recepimus pretium, arg. pro sol. xx Luc. monete a Iohannem cammerarium predicti mon. pro te Albertus. Pena dupli et sol. LX. Act. prope plebe S. Ianuarii, in predicto l. Gereto. S. m. Cicoli et Gerardi et Bonedonne, qui hanc cartulam communiter et consentiente fieri rogaverunt. S. m. Baldini de Solcini qd. Uberti et Guidocti de Gereto qd. Iohannis et Paganelli qd. Alboni tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 21. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Suprascripti Cicoro et Gerardus et Bonadonna insimul investierunt Iohannem cammerarium predicti mon. et ei promiserunt et obligaverunt se et sui heredes, deinde in antea dare et persolvere omni anno pensionem vel affictum de suprascripta terra ad rectoribus mon. sine fraude duas libr. de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, qui per tempora currerit in plebe S. Ianuarii, et si ita non persolverint, suprascripta terra sit in potestate mon. ad faciendum quicquid sibi placuerit. Insuper obligaverunt se et sui heredes componere in predicto mon. penam sol. XL, sub pena et obligatio de potestate, qui per tempora fuerit eiusdem terre. Hoc factum fuit in presentia suprascriptorum testium. *Nel margine inferiore, di mano dello stesso* Glandulfus*:* Paci *(?)* uxor Cicoli et qd. Gusberti, cum consensu viri sui, cum suprascriptorum testium, rogavit cartula re(pro)missionis de suprascripta terra et obligavit se et sui heredes suprascripta terra non agere neque ullam litem facere et octoregiare et defendere predicti mon. ab omni homine sub promissionem componere in predicto mon. penam sol. XL et omni tempore firmiter permanea; unde ipsa recepit [meritum] a predicto cammerario. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Guido Orlandini *(?)* et Nigothus eius frater sunt redditores, ut credimus*; e da mano del sec. XIV:* Oblatio facta mon. de Putheuli de terra posita in S. Ianuario.

1033. *Gereto (Lucca), 27 Febbraio 1148.*

A. MCXLVIII, III kal. mar., ind. XI. Ego Ildibrandinus qd. Boniti per hanc cartulam vindo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. [S. P]etri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl.[1] et mon., unam petiam de terra, q. est silva, in plebe S. Ianuarii, in l. et fin. u. d. Rio Bovaio, et meam portionem, q. est quartam portionem, de alia petia, (q.) est similiter silva, in eodem

l. Rio Bovaio. Suprascripta petia tene: uno capo in terra, q. d. Gereturana, alio in terra de filiis qd. Uberti de Solcini, latus unum in predicto Rivo Bovaio, alio in rivo, q. d. Lezta; secunda petia tene: uno capo in Piscia Mi[no]re, alio in terra de filiis qd. suprascripti Uberti, lateras anbas in predicti rivi. Recepi pretium, arg. pro sol. x Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. pro te Albertus. Pena dupli et sol. xl. Act. prope plebe S. Ianuarii, in l. Gereto. S. m. Ildibrandini. S. m. Baldini.[2]

*Originale:* L. 26. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Suprascriptus Ildibrandinus, in presentia suprascriptorum testium, investivit Iohannem cammerarium mon.; promisit et obligavit se et sui heredes, deinde in antea dare et persolvere omni anno pensionem vel affictum de suprascripta terra ad rectoribus mon. sine fraude una libra de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, qui per tempora currerit in ple(be) S. Ianuarii, et si ita non persolverint, suprascripta terra sint in potestate mon. ad faciendam quicquid sibi placuerit. Et obligavit se et sui heredes componere in predicto mon. penam sol. xx, sub pena et obligatione de potestate, qui per tempora fuerit eius terre. *Nel margine inferiore, di mano dello stesso* Glandulfus*:* Perdella uxor Ildibrandini et (filia) qd. Petri, cum consensu viri sui, cum suprascriptorum testium, rogavit cartula repromissionis de suprascripta terra; obligavit se et sui heredes suprascripta terra non agere, neque ullam litem facere et actores et defensores, sicut legitur in cartula, sub promissione componere in mon. penam sol. xl et omni tempore firmiter permaneat; unde recepit meritum a predicto cammerario. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* Iunta Bonchristiani, Bentinus Dati, Diotisalvi not. et nepotis *(?)* heredes Vitalis*; e da altra mano del sec. XIII-XIV stesso:* Descendentes sunt, ut credimus, filii qd. Bonaiuncte not.

1 *L'orig. ha:* eccele 2 *Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. precedente.*

1034. *Gereto (Lucca), 27 Febbraio 1148.*

A. mcxlviii, iii kal. mar., ind. xi. Ego Bastardus qd. natorale Baldicioni per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est orto, in plebe S. Ianuarii, prope castello de Casale, et tene: uno capo in fossa de suprascripto castello, alio in terra, q. fuit contale, latus unum in terra Gratiani fratris mei et Maskioni filie eius, alio in terra Ildibrandi vicecommitis de Piscia. Recepi pretium, arg. pro sol. x Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. pro te abbas. Pena dupli et sol. xl Luc. den. Act. prope plebe S. Ianuarii, in l. que d. Gereto. S. m. Bastardi. S. m. Baldini de Solcini qd. Uberti et Guidocti de Gereto qd. Iohannis et Paganelli qd. Alboni tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 22. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Bastardus, in presentia suprascriptorum tt., investivit Iohannem cammerarium de mon. et ei promisit et convenit et obligavit se et sui heredes, deinde in antea persolvere omni anno pensionem vel affictum de suprascripta terra ad rectoribus mon. una libra de bono oleo, ad libra de Piscia

Maiore, que per tempora currerit in plebe S. Ianuarii, et si ita non persolverint, terra sit in potestate mon. eiusque rectoribus ad faciendum quicquid sibi placuerit, sine ulla calupnia, et obligavit se et heredes componere mon. penam sol. xx, sub pena et obligatione de potestate, qui per tempora fuerit, eiusdem terre. *Nel margine inferiore, di mano del medesimo not.:* [C]r[isti]na *(?)* uxor Bastardi, cum consensu viri sui, cum suprascriptorum tt. rogavit cartula repromissionis de suprascripta terra ullo modo agere neque causare et omni tempore defendere, aoctoregiare, sub promissionem penam componere in mon. sol. XL; unde recepi(t) meritum.

1035. *Lucca, 28 Febbraio 1148.*

A. MCXLVIII, prid. kal. mar., ind. XI. Ego Lanbertucius qd. Martini per hanc cartulam pro me et pro Guilia uxore mea, loco pingnoris, do et trado atque obligo tibi Lanbertucio qd. Iohannis duas petias de terris, q. sunt canpi, in l. et fin. Arsina u. d. Tora; prima tenet: anbo capita cum uno latere in terra Angeli qd. Iohannis, aliut latus in terra Sesmundelli g. mei; secunda tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripti Angeli, aliut caput in terra Benefeci qd. Ruspilli, aliut latus in terra suprascripti Sesmundelli. Recepi sol. xx Luc. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Lanbertucci. S. m. suprascripti Angeli qd. Iohannis, Begi qd. Milocti, Bellomi qd. Singnorecti, Petri qd. Rustici tt. Henricus not. imp.

*Originale:* C. 93. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Ista cartula est facta ea conventione: Quacumque die deinc usque ad tres annos proximos, vel ad quale terminum vel terminos accordaverimus, si nos iugales vel nostri heredes redderimus tibi Lanbertucio vel tuis heredibus sol. xx Luc. et prode omni mense den. quatuor, quod hec cartula sit inanis et vacua; et si ita non persolverimus infra suprascriptum terminum suprascripto capitale et omni anno suprascripto prode, deinde in antea habeatis potestatem vendendi suprascriptas terras et faciendi exinde quicquid vobis placuerit. Et repromissio ad penam libr. v arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Et si uxor mea miserit tibi litem de suprascriptis terris, in aliis meis bonis debeas tu te restaurare. Suprascripti testes et ind.

1036. *S. Gennaro (Lucca), 17 Marzo 1148.*

A. MCXLVIII, XVI kal. apr., ind. XI. Nos Brunectus et Carboncectus gg. qd. Pacianelli de Fontalla per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est silva, in plebe S. Ianuarii, in l. et fin. u. d. Allaiale a Fresungnano, et tene: uno capo in terra, q. d. Greppi Sabbatini, alio cum uno latere in terra Morecti qd. Martini de Putho, alio latus in terra de filiis qd. Vitori et Bonfilii qd. Petruci. Recepimus pretium, sol. xx Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. pro te Albertus. Pena dupli et sol. XL. Act. prope plebe S. Ianuarii. S. m. Brunecti et Carbonceti. S. m.

Paganelli et Cipriani gg. qd. Alboni et Guidocti de Gereto qd. Iohannis et Baldini qd. Gerardi et Ronci qd. Macangnori tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 38. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Suprascripti Brunectus et Carboncectus, in presentia suprascriptorum testium, investierunt predictum Iohannem et ei promiserunt et convenerunt per se et per eorum eredes, deinde in antea omni anno dare et persolvere sine fraude ad rectoribus mon. affieto de suprascripta terra duas libr. de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, et si ita non persolverint, qua libra per tempora currerit in plebe S. Ia[nuarii], predicta terra sit in potestate mon., ad faciendam quicquid sibi [placue]rit, sub pena sicut legitur superius in cartula; et insuper obligaverunt se et sui heredes componere in mon. penam sol. XL, sub pena et obligatione de potestate, qui per tempora fuerit, eiusdem terre. *Nel margine inferiore, di mano dello stesso not.:* [... u]xor Brunetti et Macteldina uxor Carbonceti, consentiente sibi eorum viri, cum suprascriptorum testium, rogaverunt [cartu]lam repromissionis de suprascripta terra per se et per eorum heredes suprascripta terra non agere neque ullam litem facere et aoctoregiare et defendere in predicto mon. eiusque rectoribus ab omni homine, sub penam componere in mon. sol. XL et omni tempore, ut suprascriptum est, firmiter permaneat; unde ipse receperunt a predicto cammerario merito. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* In S. Ianuario, oblatio facta monasterio.

1037. *S. Gennaro (Lucca), 20 Marzo 1148.*

A. MCXLVIII, XIII kal. apr., ind. XI. Ego Baldicione qd. Giki de Lama per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl. et mon., meam portionem, q. est tertiam portionem, de una petia de terra, q. est oliveto atque quercieto, in plebe S. Ianuarii, prope villa et loco, que d. Lama et u. d. Collakio, et tene: uno capo in via et terra, quam ego et mei consorti detinemus per tenimento, alio capo in terra Lungnianese, latus unum in terra S. Ianuarii, alio in terra tenimento meo et de meis consortibus. Recepi pretium, arg. sol. X Luc. monete a Paganello qd. Alboni pro te Albertus. Pena dupli et sol. XX. Act. intus plebe S. Ianuarii. S. m. Baldicioni. S. m. Martini et Riccardi gg. qd. suprascripti Giki et Ubertelli qd. Buosi de Lama et Paganelli qd. Alboni tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 28. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Suprascriptus Baldicione, in presentia suprascripti Paganelli et Guidocti qd. Iohannis de Gereto et Ronci de Corricello qd. Macangni, investivit Iohannem cammerarium de mon. et ei promisit et convenit per se et per sui heredes, deinde in antea dare et persolvere omni anno affieto de suprascripta terra ad rectoribus mon. sine fraude una libra de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, qua per tempora currerit in plebe S. Ianuarii, et si ita non persolverint, predicta terra sit in potestate mon., ad faciendam quicquid sibi placuerit, sub pena sicut legitur in cartula; et insuper Baldicione obligavit se et sui heredes componere in mon. penam sol. XX, sub pena et obligatione de potestate eius terre. Glandulfus not. regis ibi fui, hoc scripsi. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* Michelle qd. Baldicioni qui est ista plebis S. Ianuari et debet libr. affieti *(?)* olei, et reddebat Bernardus pro eo, qui fuit de Valli.

1038. *S. Gennaro (Lucca), 31 Marzo 1148.*

A. MCXLVIII, prid. kal. apr., ind. XI. Ego Carincius de Casella qd. Iohannis per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est vineam et oliveto, in plebe S. Ianuarii, prope predicta Casella in· l. et fin. u. d. nella Costa, et tene: anbas capitas cum uno latere in terra de filiis qd. Martini, alio lato in terra Gerardi fratris mei. Recepi pretium, sol. x Luc. monete a Iohannem camme(ra)rium mon. pro te Albertus. Pena dupli et sol. XL. Act. intus canonica de plebe S. Ianuarii. S. m. Carinci. S. m. Teuti qd. Guiti de Lungnano et Beaque qd. Aldrichi et Guidocti de Gereto qd. Iohannis et Paganelli qd. Alboni tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 27. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus: Suprascriptus Carincius, in presentia suprascriptorum testium, investivit predictum Iohannem cammerarium mon. et ei promisit et convenit per se et per sui heredes, deinde in antea omni anno dare et persolvere sine fraude ad rectoribus mon. afficto de suprascripta terra una libra de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, qua per tempora curerit in plebe S. Ianuarii, et si predicta libra persoluta non fuerit, suprascripta terra sit in potestate mon., ad faciendam quicquid sibi placuerit, sub pena sicut superius legitur in cartula; et insuper Carincius obligavit se et sui heredes componere in mon. penam sol. xx, sub pena et obligatione de potestate, qui per tempora fuerit, eiusdem terre. *Nel margine inferiore, sempre della stessa mano:* Allegrecta uxor Carinci, cum consensu viri sui, cum suprascriptorum testium, rogavit cartula repromissionis de suprascripta terra per se et per sui heredes suprascripta terra non agere neque causare neque ullam litem facere et aoctoregiare et defendere suprascripti mon. aut cui ipse dederint ab omni homine, sub promissionem componere in mon., aut cui ipsi dederint, penam sol. XL; unde ipsa recepit meritum a suprascripto cammerario.

1039. *S. Gennaro (Lucca), 31 Marzo 1148.*

A. MCXLVIII, prid. kal. apr., ind. XI. Ego Lanfrancus qd. Rolanduci de Castornuro per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem predicte eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est vineam et oliveto, in plebe S. Ianuarii, in l. u. d. Casale et v. Pothuro, et tene: uno capo in terra, q. fuit contale, alio in via publica, latus unum in terra, quam detinent filiis qd. Martini qd. Georgi, alio in rivo. Recepi pretium, sol. x Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. pro te Albertus. Pena dupli et sol. XL. Act. prope plebe S. Ianuarii. S. m. Lanfranki. S. m. Belloni qd. Boniti et Baroncelli de Trapescia qd. Martini et Paganelli de Gereto qd. Alboni tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* L. 37. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus: Suprascriptus Lanfrancus, in presentia suprascriptorum testium, investivit predictum Iohannem et ei promisit et convenit per se et sui

heredes omni anno dare et persolvere ad rectoribus mon. sine fraude afficto de suprascripta terra una libra de bono oleo, ad iuxta libra de Piscia Maiore, qua per tempora currerit in plebe S. Ianuarii, et si predicta libra persoluta non fuerit, suprascripta terra sit in potestate mon., ad faciendam quicquid sibi placuerit, sub pena sicut superius legitur in cartula; et insuper Lanfrancus obligavit se et sui heredes componere in mon. penam sol. xx, sub pena et obligatione de potestate, qui per tempora fuerit, eiusdem terre. *Nel margine inferiore, di mano dello stesso not.:* Faita uxor Lanfranki, cum consensu viri sui, cum suprascriptorum testium, rogavit cartula repromissionis per se et per sui heredes suprascripta terra non agere neque causare neque ullam litem facere et aoctoregiare et defendere predicti mon. eiusque rectoribus ab omni homine, sub promissionem componere in mon. eiusque rectoribus, aut cui ipse dederit, penam sol. xl; unde ipsa recepit meritum a suprascripto Iohannem.

1040. *Porcari (Lucca), 23 Aprile 1148.*

A. MCXLVIII, IX kal. madii, ind. XI. Ego Bettus qd. Marchi per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est campus, in Capannure in l. et fin. u. d. in Vangarecia, et tene: uno capo et media fossa in terra, q. fuit de filiis qd. Gerardi, alio in terra et tertia parte fosse Martini qd. Lietoni, latus unum in terra et media fossa Martini Bacari, alio in terra Scotti et Petri. Est ad pert. mensurata sist. XIV et duos portiones de alio sist., sicut ibi undique singna posite sunt. Recepi pretium, arg. pro sol. c Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. Pena dupli et arg. libr. x. Act. burgo de Porcari. S. m. Betti. S. m. Omodei et Petri gg. qd. Martini et Quarticioli qd. Lamberti et Rossi f. Boniti et Bellomi f. eiusdem Betti tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* Q. 53. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Suprascripti Petrus et Homodei gg. qd. Martini, in presentia predictorum omnium, investierunt predictum Iohannem et ei dederunt et tradiderunt, ad opus mon., onnem illud ius, actionem et derictum, tenimentum et melioramentum, que sibi pertinebat de suprascripta terra, deinde in antea non agere nec causare neque ullam litem facere, sub promissionem penam componere in mon. sol. c, sub pena de consulibus et de treguanorum, qui per tempora fueri(n)t, de civ. de Luca; et insuper iuraverunt per s. evangelia Dei, quod suprascripta terra eorum proprietatem fuit et ipsi ad proprietatem vendiderunt predicti Betti, sicut ad eum cartulam rogaverunt. *Nel margine inferiore, di mano dello stesso* Glandulfus*:* Bonasoro uxor Betti rogavit cartula repromissionis de suprascripta terra per se et per sui heredes non agere neque causare neque ullam litem facere, sub pena de sol. c; et insuper predictus Bettus obligavit se et sui heredes, si ipsa fecerit aliquam litem, componere in mon. penam sol. c, sub pena de consulibus et de treguanorum de Luca.

1041. *23 Maggio 1148.*

« Guilielmus condam Boni titulo oblationis obtulit Luc. capitulo unam petiam terre, q. est olivetum, in confinibus Masse

Macinarie, in l. Campo Choncho; ut continetur manu Ughi not. (A.) M°C°XLVIII,[1] X° kal. iunii ».

*Regestum B, c. 39 v.*

[1] *A* X *segue* C *espunto.*

1042. *Lucca, 27 Maggio 1148.*

A. MCXLVIII, VI kal. iun., ind. XI. Nos Vitalis qd. Rainerii not.[1] de Farneta et Mactilda uxor eius et filia Biancardi, michi Mactilde consentiente marito meo, ubi interesse videtur notitia Gerardi g. mei et Corsi nepotis mei et filii Ranuccini item g. mei, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Guilielmo qd. Morecti medietatem de omnibus casis et cassinis et terris atque rebus cultis et incultis, donicatis et massaritiis, mobilibus et immobilibus seu se moventibus, quas nobis aliquo modo pertinent in l. et fin. Domethano et in l. Octavo et in l. Aguilea et in l. Guliano et in eorum fin. per proprietatem alodii vel tenimenti vel aliquo modo. Recepimus pretium, sol. CXC Luc. monete. Pena dupli. Act. Luce. S. m. iugalium, Vitalis coniugi sue consensit. Suprascripti Gerardus et Corsus qui ad interrogandam Mactildam interfuerunt. Guilielmus not. de Urbiciano partibus domni imp. ibi fui et hic ss. S. m. Franceschi qd. Rolandi, Petri Fariani qd. Boni Fariani et Buosi f. suprascriptorum iugalium tt. Guilielmus not. imp.

*Originale:* M. 37.

[1] not. *è scritto su rasura.*

1043. *Canonica di S. Martino (Lucca), 19 Luglio 1148.*

A. MCXLVIII, XIV kal. aug., ind. XI. Ego Rolandus presb. et plebanus ęccl. ac plebis S. Pantaleonis de loco Yrice, ex parte eiusdem plebis, per hanc cartulam in permutatione do et trado vobis Alberico et Villano atque Lutterio sacerdotibus, Amato et Allexio diac., Lamberto et Guilielmo subdiac. confratribus et canonicis aeccl. et canonicę S. Martini Luc. civ., pro vobis et cunctis fratribus vestris, ibidem Deo servientibus, ad partem aeccl. S. Martini, tres portiones de omnibus terris cultis et incultis, quę fuerunt qd. Viviani qd. Uberti, quę sunt in l. et fin. Massagrosi et in valle Serculi. A vobis accepi in permutatione, ad partem plebis, omnes terras cultas et incultas, quas Noscia naturalis filia Petri detinet a suprascripta aeccl. S. Martini, quę sunt in l. et fin. Massagrosi; de quibus Noscia reddit omni anno duos sol. Luc.; et unam petiam de terra, q. est olivetum, in suprascripto l. Massagrosi u. d. Guercus S. Marię, et tenet: unum

caput in via publica, alterum in terra S. Marię, latus in terra Cecii, alterum in terra Milotti. Pena dupli. Act. Lucę, in suprascripta canonica S. Martini.[1] S. m. Bruni qd. Iohannis, Porcachie qd. Gerardi, Malagalie qd. Gottifredi, Ghinami qd. Denaioli, Tonsani qd. Signorecti tt. Ugo not. imp.

*Originale:* N. 115.

1 *Sotto v' è uno spazio in bianco.*

1044. *S. Margherita (Lucca), 3 Ottobre 1148.*

A. MCXLVIII, V non. oct., ind. XII. Ego Carbone presb. de eccl. S. Margarite de Tassingnano, cum consilio et assensu consules communiter vicinorum predicte eccl. et aliorum vicinorum, ex parte predicte eccl., per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. de eccl. et mon. S. Petri de Putheuli, ad opus et utilitatem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est campus, proprietatem eccl. S. Margarite, que est in Tassingnano in l. et fin. u. d. Trentura, et tene: uno capo in terra Malfacti qd. Fredicioni, alio in terra Rolandini et Culienere germani qd. Cicori et Angeli qd. Fungnori, latus unum in terra Bothinga, alio in terra S. Salvatori de Sexto. Est ad pert. mensuratam sestar. X, aut si plus inventa fuerit. Recepi pretium, sol. C Luc. monete a Iohannem cammerarium mon. pro te abbas, quos spendidi et dedi, cum consilio vicinorum, Paduli qd. Guidonis de terra acquisitionem eccl. S. Margarite opus in l. u. d. Bocca Georgi, prope eiusdem eccl. Pena dupli et arg. libr. X. Act. prope eccl. S. Margarite. S. m. Carboni presb. S. m. Cimbardi consul f. Menculelli et Ubertelli consul qd. Bikiki, qui hec vendictionem consenserunt et testium interfuerunt. S. m. Ugolini f. Gusberti et Angeli qd. Dominiki et Botriki qd. Cicori et Benenati qd. Iohannis et Guiduci qd. Guidonis et Montanini qd. Guidonis et Paduli qd. Guidi tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* H. 79. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus*:* Carbone presb. cum vicinorum eccl. S. Margarite obligaverunt se omni tempore vicinorum sub pena de consulibus et de treguanorum, q. per tempora fuerint, de civ. de Luca, si fuerit aliqua persona, que suprascripta terra aliquo modo molestaverint vel aliquam litem fecerint, sive tenimento aut proprietatem vel aliquo melioramento ipsi obligaverunt se, sub pena consulum et treguan(or)um, componere in mon. arg. libr. X et omni tempore suprascripta terra sit proprietatem mon. habendi, tenendi, laborare faciendi, sub pena, sicut superius legitur in cartula.

1045. *Capannori (Lucca), 24 Ottobre 1148.*

A. MCXLVIII, IX kal. nov., ind. XI.[1] Ego Vitali qd. Iohannis per hanc cartulam pro anime mee remedio offero tibi eccl. et mon. S. Petri, que d. Putheuli, unam petiam de terra, q. est

campus, loco Capannule, cum arboribus u. d. a la Muscello, et tenet: unum caput in terra Gerardinga, aliut in semetula et in terra quam mihi reservo, latus in via publica, aliut in terra filiorum qd. Guictoni et Brunecti qd. Becti. Hanc petia, q. est per mensuram, cum iuxtam pert. mensuratam, star. XII et tre scale et medio, vel si plus inventa fuerit, offero, ut amodo sit in potestate illius presbiteris et monaci, q. in predicta eccl. pre tempore fuerint et officium Dei fecerint, habendi et usumfructuandi. Pena dupli. Act. in eeccl. S. Quirici a Capannule. S. m. Vitali. S. m. Becti qd. Marchi, Ildebrandini qd. Baldini et Cristofani et Ildebrandi gg. qd. Gerardi et Iohannis qd. Omicci tt. Hubertus not. imp.

*Originale:* V. 9. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Hubertus*:* Homodei reddit afictum de suprascripta terra omni anno in mense aug. quatuor star. de grano et Ugolino et Belluscio gg. reddunt afictum omni anno in mense aug. quatuor star. de grano et duo de fabis, iusto star. Luc. civ.

1 *Nell' ottobre 1148 correva l' ind. greca XII.*

1046. *1148.*

« Offersio Rolandi qd. Iohannis canonice S. Martini de una petia[1] terre in Sorbano Episcopi u. d. in Ysora; q. tenet: caput in via publica, alterum in fluvio Auseris, latus in terra Malpilii et Buçatelli de Sancto Miniato, alterum latus in terra episcopatus S. Martini;[2] que est star. V et medietas. A. Domini MCXLVIII ».[3]

*Regestum A, c. 29.*

1 *Nell' interlineo e nel margine:* hec terra vendita est pro sol. C et dicuntur dati in duobus star. grani, que emimus ab Orlando Guarminiani iudice. 2 *Segue:* Anno MC *cancellato.* 3 *Il ms. aggiunge:* Hanc tenet modo filius Guerri de Sorbano, set non per tenimentum. *Nel margine, da mano coeva:* Vacat, quia vendita est.

1047. *Lucca, 14 Febbraio 1149.*

A. MCXLIX, XVI kal. mar., ind. XII. Nos Guiscardus qd. Guilielmi[1] et Adalascia iugalis eius et filia qd. Carbonis, mihi Adalasciae consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti pagina, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. atque abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., tres petias de nostris terris in l. et fin. Grepo; prima est ortus cum casina et res massaricia, in qua residere et abitare videntur Brunecto qd. Rustici massario et Vechius qd. Gerardini et Rustichello qd. Greppi, similiter massarii; que tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra et media fossa filiorum qd. Meliane et filiorum qd. Pelegrini da Greppo, aliut in terra et

media fossa Pagani qd. Rolandi et in terra suprascripti S. Petri, et est ad pert. mensurata mod. II et star. IX et si plus inventa fuerit; secunda est canpus, d. Lappeto; que tenet: unum caput in terra suprascripti S. Petri, aliut cum uno latere in terra et media fossa curtis de Porcari, aliut latus in terra filiorum qd. Gerardi qd. Glandi et filiorum qd. Sartogii, que est star. X ad pert. mensuratoria et si plus inventa fuerit; tertia, canpus in suprascripto l. Lappeto; que tenet: anbo capita in terra nepotum qd. Pandulfi de burgo S. Fridiani, latus unum in terra suprascriptorum filiorum qd. Gerardi et qd. Sartogii, aliut latus in terra filiorum qd. Rolandi qd. Guilielmi, et est per mensura star. II et dimidio et si plus inventa fuerit. Has tres petias de terris, prima ortus et canpus cum cassina et res massaricia, que regitur et laboratur per Brunecto et Vecchio et Rusticello massarios, cum omnibus terris et rebus ad suprascripta cassina et re massaricia ullo modo pertine(n)te, secunda et tertia sunt canpora, tibi eas vendimus et tradimus. Recepimus pretium, libr. XXXI den. Luc. monete. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Guiscardus uxori sue consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Iordani et Bonifatii gg. ff. Vitali, Angeli qd. Iohannis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 40. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et repromissio ad defendendum contra omnes homines qui per manum tenet ad penam libr. XL arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., qui nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti testes et ind.

[1] *Corretto da* Guilielmo

1048. *Lucca, 3 Marzo 1149.*

A. MCXLIX, V non. mar., ind. XII. Ego Benedictus cl. qd. Iohannis per hanc cartulam, iure pignoris, do et trado atque obligo tibi Picchio qd. Lei unam petiam de terra, q. est campus, (in) l. et fin. Marlia u. d. Sereto; quę tenet: caput in via publica, aliud in terra et media fossa Rodelossi qd. Marcuci, latus in terra Benthi qd. Pugnecti, aliud in terra S. Martini. A te mutuo recepi quinque sol. Luc. den. Pena dupli et Luc. consulum et treguanorum et potestatis nostrę terrę. Act. Lucę. Benedictus cl. hanc cartulam fieri rogavit. Leo qd. Gualandi, Bernardinus f. Benefeci, Baldinus qd. Iohannis tt. interfuerunt. Petrus not. regis.

*Originale:* I. 75. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Petrus: Hec cartula tali modo facta est: Si ego Benedictus cl. vel mei heredes, quacunque die dehinc ad unum proximum annum, reddiderimus tibi Picchio vel tuis heredibus quinque sol. Luc. den. et prode per singulum mensem den. I et dimidium, hec cartula evanescat: sin autem, suprascripto anno preterito, suprascriptam terram, si volueritis, vobis vendere debeamus et vos congruentem iunctam nobis facere debeatis.

1049. *Lucca, 11 Marzo 1149.*

A. MCXLIX, v id. mar., ind. XII. Ego Guiscardus f. qd. Guilielmi per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto presb. atque abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est canpus, in l. u. d. Lappeto; que tenet: unum caput in terra de filio qd. Sartogi, aliut in terra filiorum qd. Ugolini Beraldi, latus unum in terra S. Quirici de Capannole, aliut in terra Brunecti. Est ad pert. mensuratoria star. VI, et si plus inventa fuerit, et tenet eam Brunectus qd. Rustici massario cum nepotibus suis, similiter massarii. Recepi pretium, sol. XL den. Luc. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Guiscardi. S. m. Angeli qd. Iohannis, Bonifatii f. Vitali, Guictoni qd. Iohannis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 145. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio ad defendendum contra omnes homines et ab uxore mea, ad penam libr. x arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., qui nunc sunt vel in antea erunt. Et si aliquo tempore uxor mea quesierit partem in suprascripta terra, in aliis meis bonis habeat inde restaurum. Suprascripti testes et ind.

1050. *Segromigno (Lucca), 5 Aprile 1149.*

Breve memoriale, qualiter infra Subgruminiensium villam u. d. in Castellare, coram prebem S. Laurentii[1] de suprascripto l. Subgruminio, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur,[2] Dominicus f. qd. Rinci de Cerliano et Melondus f. qd. Bianghi de suprascripto l. Cerliano et Dominicus qd. f. Augustini[3] de Pero et Bontricus qd. f. Beritini de Campo Iohannis et Dominicus qd. Martini omnes insimul per fustem, quem in suis tenuerunt manibus, investierunt Sofreducium monacum de mon. S. Petri de l. Pontheluli se redituros omni anno in mense aug. de omni cultra de terra, quas ipsi vel eorum consortes a mon. detinent vel tenebunt, in l. Fossa Ascinaia vocatur, quantuor sist. de bono grano, a iusto sist. venditorio et tractum et portatum prefato mon., ita quod ipsi debent habere omni anno commestionem duobus hominibus; et si predicta terra vel per tempestam vel per ostem quastata fuerit, debent reddere mon. medietatem de illa blava, quę in suprascripta terra erit; et ita prefati homines obligaverunt et sese suosque heredes et pro suis consortibus, sub pena Luc. consulum et treguanorum, observaturos, et predicta pena est LX sol. Luc. monetę. Presentia: Ponpori f. qd. Cicori de Caprile et Mutori f. Ranuci et Albertini f. qd. Ugolini, et Rustighielli qd. Tansi et Roieri f. qd. Guidi et reliquo-

rum. A. MCXLIX, non. apr., ind. XII. Aldibrandus not. sagri pal. et imp.

*Originale:* E. 169. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Aldibrandus*:* Et si, ut dictum est, non observabunt, sub eadem pena, debent perdere mellioramentum et scieppatum, que in suprascripta terra habebunt; suprascripto datale et testes.

1 *L'orig. ha:* Laurentiii 2 *L'orig. ha:* lenguntur 3 *Corretto da* Augusti

1051. *Lucca, 8 Aprile 1149.*

A. MCXLIX, VI id. apr., ind. XII. Ego Orbiccianus qd. Albonecti per hanc cartulam vendo et trado tibi Lucterio qd. Guilielmi meam portionem, q. est quarta portio, unius petie de terre cum casa solariata super se, infra civ. Lucam, prope eccl. S. Alexandri. Tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et curte Ildebrandini qd. Russori, latus unum in terra et dimidio columnis et dimidia cludenda de casa Benemcase filie qd. Bonafilie, alterum in terra et dimidio muro de casa Tatarie qd. Henrici. Recepi meritum, anulum aureum pro sol. LX Luc. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Orbicciani. S. m. Corbiccionis f. Buoni, Ricci qd. suprascripti Albonecti atque Ugolini qd. Pagani tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* N. 76.

1052. *Lucca, 29 Agosto 1149.*

Breve ad perhennem memoriam, qualiter in Luc. civ., presentia bonorum virorum quorum nomina subter leguntur, Padule qd. Guiduccii fecit finem et perdonationem atque refutationem sive transactionem in manu Cimbardi f. Menchi de omni iure et actione, dericto, usu sive melioramento, quod sibi pertinebat de tribus petiis de terris, q. sunt in l. Trentula, quas a canonicis aepiscopatus S. Martini detinebat, et Cimbardus suprascriptam finem pro canonicis recepit. Suprascripte terre sunt campi. Prima tenet: unum caput in via publica, alterum in semitula, latus unum in terra S. Salvatoris de Sexto, alterum in terra Henrighi Spiafame; secunda est ibi prope et tenet: unum caput in via publica, alterum in semitula, latus unum in terra suprascripti Henrighi, alterum in terra, quam detinet Filipellus;[1] tertia est ibi prope: caput unum tenet in semitula, alterum in terra, quam detinet Mencucius,[2] et aliquantulum in terra, quam detinet Bonfilius Malacena, latus in terra suprascripti S. Martini, alterum in terra, quam detinet Ughicione qd. Fere.[3] De his terris Padule in manu Cimbardi finem etc. fecit pro laudamento eiusdem Cimbardi; unde Cimbardus laudavit, ut canonici darent Paduli XX sol., et quinque sol. habuit ille.[4] Padule per se et suos heredes promisit, sub pena

consulum et treuguanorum Luc. et duocentum sol.,[5] quod nullo tempore mittent sive facient litem suprascripte canonice de predictis terris. Presentia: Angeli qd. Martini, Pape qd. Gerardi, Bonfilii qd. Iohannis A. MCXLIX, IV kal. sept., ind. XII. Suprascripti homines ibi fuere. Rolandus not. imp.[6]

*Originale:* D. 48; *Regestum A, c. 17 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Finis Padule; *poi da mano del sec. XIII:* de terris, quas modo habent heredes Cimbardi, in Trentula.

1 *Il Reg. A aggiunge:* a nobis; unde reddit III (star.) grani et III milii 2 *Il Reg. A aggiunge:* scilicet frater presb. Cigi de S. Margarita; unde ipse Mencuccius reddebat nobis XIII star. grani et XII fabarum 3 *Il Reg. A aggiunge:* in terra S. Martini, quam detinet Uguicione qd. Fere; de qua reddebat I star. grani et I fabarum 4 *Il passo da* Paduli *a* ille *fu scritto dopo, da mano coeva, nello spazio lasciato in bianco.* 5 et duocentum sol. *è scritto nell'interlineo.* 6 *Il Reg. A aggiunge:* Has tres petias detinet Cimbardinus qd. Cinbardi qd. Mencucci. *Nel margine poi:* Et nota, quod de istis tribus petiis reddeb[ant] nobis predictus pater Padulis, scilicet Guid[uccius], et Ansel muccius frater eius star. XII inter granum et milium.

1053. *Gragnano (Lucca), 8 Ottobre 1149.*

A. MCXLIX, VIII id. oct., ind. XIII. Ego Martinus qd. Stefani per hanc cartulam pro anime mee remedio offero tibi eccl. et mon. S. Petri de Putheuli meam portionem, q. est quartam portionem, de una petia de terra, q. est oliveto et quercieto et silva, in l. et fin. de Grangnano et u. d. Vicinato, et tene: uno capo in via publica, alio in rivo Lavandario, lateras anbas in terra Pagani qd. Rolandi. Hanc petiam, (q.) est ad pert. mensuratam cultra una et sist. II et scalas III, aut si plus inventa fuerit, offero, quatinus et presenti die, tam in vita mea quam et post obitum meum, sit in proprietatem eccl. et mon. et potestatem domini Alberti abb. et presbiterorum, clericorum, monachorum, q. ibi pre tempora ordinati fuerit et in ea officium Deo fecerit, eam abendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem. Pena dupli et sol. C Luc. den. Act. Grangnano, in l. u. d. alla Licia. S. m. Martini. S. m. Bonfilii et Bernardi et Blanki gg. ff. predicti Martini tt. S. m. Lamberti qd. Bruni et Stanthori qd. Chunthuri tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* E. 158.

1054. *Lucca, 28 Ottobre 1149.*

A. MCXLIX, V kal. nov., ind. XIII. Nos Guilielmus f. qd. Rustici et Calendina iugalis eius et filia Homodei, mihi Kalendine consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Landuini et Gratiani gg. meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. atque abati eccl. et mon. S. Petri de Potheuli, ad opus

eiusdem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est canpus, in l. ubi fuit bosco Tassingnanese; que tenet: unum caput in Lesciora, aliut in terra Anselmucci qd. Rodulfini, latus unum in terra Ildebrandi qd. Villani Cascionpecto, aliut in terra filiorum qd. Meliane. Hanc petiam de terra, q. est ad pert. mensuratoria una cultra et una scala, et si plus inventa fuerit, tibi vendimus. Recepimus pretium, sol. cxxx den. Luc. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Guilielmus uxori sue consensit. S. m. suprascriptorum Landuini et Gratiani, q. interfuerunt. S. m. Thabulini qd. Ruberti, Bonifatii f. Vitali, Martini qd. Stefani, Iohannis f. Mencucci tt. Henricus not. imp.

*Originale:* H. 45. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio ad defendendum contra omnes homines qui per manum tenet ad penam libr. x arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., qui nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti testes et ind.

1055. *Lucca, 30 Novembre 1149.*

A. MCXLIX, prid. kal. dec., ind. XIII. Manifesti sumus nos Rainaldus et Iohannes gg. ff. qd. Ascini et Guidus et Mathaincollo gg. qd. Meliane et Paris f. qd. Gualtieri et Dattus not. f. Henrici, quia suprascriptus Asinus iudicavit et commisit in potestate nostra Guido et Mathancollo et Paris atque Dattus not. et custodia atque defensionem nostram filios suos et omnes terras et res suas, ad faciendum quicquid nobis melius visum fuerit ad salvitatem suprascriptorum filiorum suorum et domui sue; proinde nos Guidus, Mathaincollo, Paris atque Dattus, secundum illam potestatem, quam Asinus nobis dedit, et nos Rainaldus et Iohannes insimul per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. atque abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est canpus cum arboribus super se, in l. et fin. Paganico u. d. al Albaro; que tenet: unum caput in via publica, aliut cum anbo latera in terra suprascripti S. Petri. Recepimus pretium, sol. XLVI den. Luc., uno carro de lingna in bosco vestro. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Rainaldi et Iohannis et Guidi et Mathaincoli et Paris atque Datti not. S. m. Thabulini qd. Ruberti, Malafronti qd. Gerardini, Bonifatii f. Vitali tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 114. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio ad penam libr. v arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti testes et ind.

1056. *Lucca, 12 Marzo 1150.*

Breve memorie, qualiter in civ. Luca, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Signorectus qd. Bal-

donis et Gallettus qd. Bompieri rector pontis Marchionis investierunt se ad invicem, ad penam consulum et treuguanorum Luc. et xx libr. arg., et Signorectus per se et suos heredes observare promisit, sub predicta pena, et prelibatus Gallettus observare promisit, sub prenominata pena, per se et suos successores laudamentum, quod Nicholaus causidicus et Gerardus qd. Guidititi et Ardicio qd. Panichi Luc. causarum consules dixerint de lite, q. erat inter eos. Hec investitio facta fuit presentia: Pascii qd. Bruni et Dragoncini qd. Baroncionis atque Gallete qd. Gerardi et Malavolte qd. Rustici Nuvilonis et Leonesii f. eius, Rolandi qd. Uberti et aliorum quamplurium. A. MCL, IV id. mar., ind. XIII.[1]

*Originale:* B. 57.

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1057. *Ponte del Marchese (Ponte S. Pietro, Lucca), 14 (?) Marzo 1150.*

Postea,[1] tribus diebus transactis, predictus Nicholaus et Gerardus, pro se et Ardicione eorum socio, in suprascripto l. ad Pontem Marchionis, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, laudaverunt, ut Signorectus haberet unam pert. de terra a capite ultime morelle pontis usque ad viam, q. percurrit a Fiesso, sicut termini positi sunt et sicut continebatur in brevi, scripto manu Ughi not. regis, et dixerunt, ut possit facere lopium supra viam publicam altitudinis XVI palmorum et resparalium iuxta arbores, qui sunt a latere vie, prope foveam, et a colunna in antea domus sue non faciat impedimentum vie, q. venit a Fiesso; et laudaverunt, quod Signorectus non possit litigare aliquem rectorem pontis de terra, q. est inter duas ultimas morellas a parte meridiei, sicut punte de ipsis morellis continentur, neque de terra, q. est a parte septemtrionis, a latere ipsius pontis, a flumine usque ad viam publicam, q. est ante domum ipsius Signorecti. Suprascripta omnia observare promisere. Laudamentum factum est presentia: Boni qd. Domenichi, Bonaientis f. Guidi et Guidi patris eius, Bensiveie qd. Angeli, Ceciori qd. Bornetti, Pascii qd. Guilicionis et aliorum. Suprascripti homines ibi fuere. Has scripsit prudens Nicholaus iuris amator.[2] Rolandus not. imp. ex iussu suprascriptorum consulum hec scripsi.

*Originale:* B. 57.

[1] *Così prosegue il reg. precedente.* [2] *Sottoscrizione autografa di* Nicholaus

1058. / *Montemagno (Lucca), 13 Maggio 1150.*

A. MCL, III id. madii, ind. XII.[1] Ego Blancus qd. Folli per hanc cartulam vindo et trado tibi Martino qd. Signorecti de

l. Vorno homnibus, casis et terris et vineis et mo(n)tis et sterpetis seu plano atque pascuis, cultis et rebus vel incultis sive mobile vel inmobile, quas modo abeo et michi pertinere videtur esse infra Massa, qui d. Macinaia, a Sancto Iusto usque in padule et a Sancto Leonardo usque ad Sancto Quilico in Casale. Is predictis homnibus, tam in monte quam et in plano, tibi eas vindo et trado pro sol. XIX et den. IV. Pena dupli et de arientum sol. XL Luc. monete. Hact. Montemagno. S. m. Blanchi. S. m. Corsi Iohanni filius et Sinibaldi qd. Bernardi et Martini qd. Ermelline tt. Gualfredus not. apostolice Sedis.

*Originale:* O. 7.

1 *L'ind. corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1149).*

1059. *16 Giugno 1150.*

« Riccardus et Guido gg. condam Brunecti et Horiensa uxor suprascripti Riccardi vendiderunt domino Petro archipresb. Luc. duas petias terrarum, q. sunt campi, in l. u. d. a Tora, prope u. d. alle Pera, prope Freddanam. Manu Guilielmi not. (A.) M°C°L, XVI kal. iul. ».

*Regestum B, c. 58 v.*

1060. *Lucca, 18 Giugno 1150.*

A. MCL, XIV kal. iul., ind. XIII. Manifesti sumus nos Cigus et Ubertus gg. ff. qd. Mencucci,[1] quia tu Petrus archipresb. eccl. et canonicę S. Martini Luc. civ. et qd. item Petri,[2] per cartula libell. nom. ad censum perexolv. dedisti nobis duas petias de terris, que sunt campi, in l. u. d. a Tora, prope u. d. alle Pera et prope Fredana; una, in qua est simitula, tenet: anbo capita in terris Alucinga, latus unum in terra filiorum qd. Rolandi qd. Guilielmi, alterum in terra et dimidia fossa filiorum Truffe; altera tenet: anbo capita cum uno latere in terra suprascripta Alucinga, alterum latus in terra filiorum qd. Ruspilli. Similiter per cartula libell. nom. ad censum perexolv. dedisti nobis quicquid tibi aliquo modo pertinet per proprietatem alodii vel tenimenti seu libellarie vel alio aliquo modo de sex petiis de terris in l. et fin. Arsina; prima est vinea cum agia u. d. Capannure; tenet: anbo capita cum uno latere in terris suprascripte eccl. et canonicę, alterum latus in via publica; secunda est vinea in l. Campo u. d. Rio di Girlo; tenet: anbo capita cum uno latere in viis publiciis, alterum latus in suprascripto Rio di Girlo; tertia est vinea et castagneto u. d. allo Sceppato; tenet: unum caput in rivo, alterum in terra filiorum Canaffi, latus unum in terra filiorum qd. Lamberti de Crucicchie et Angiovine uxoris Viviani, alterum in terra supra-

scripte canonice; quarta est castanieto u. d. Salaperti; tenet: anbo capita cum anbobus lateribus in terris suprascriptae eccl. S. Martini; quarta[3] est guercieto et sterpeto insimul u. d. Colle de suprascripto l. Arsina; tenet: unum caput in via publica, alterum cum anbobus lateribus in terris suprascripti S. Martini; sexta est vinea d. in Methanule; tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripti S. Martini, alterum caput cum alterum latere in terra suprascriptorum filiorum qd. Rolandi. Dedisti, ut a modo sint in potestate nostra et de nostris heredibus ac proheredibus habendi atque fruendi. Tibi tuisque heredibus ac proheredibus omni anno reddere debeamus, in vendemia ad palmentum, in suprascripto l., de musto bono saumas III, habentem per unamquamque saumam sist. XXIV, cum iusto sist. de l. u. d. Montecatini, tamen unam de suprascriptis saumis debemus vobis reddere omni anno tractam et paratam infra civ. Lucam, ad casam habitationis vestre, et cum nostris exspensis et omni anno in mense aug. similiter ad casam habitationis vestre de grano bono sicco sist. duo et dimidium, cum iusto sist. Luc. et den. VII Luc. et unum capagnurum de ficubus similiter ad domum habitationis vestre et manducare et bibere cum rectitudine duobus hominibus qui ad recipiendum mustum venerint. Pena: arg. libr. V. Et omnia suprascripta in pena Luc. consulum et treuguanorum osservare promittimus. Act. Luce. S. m. gg. S. m. Ricardi qd. Bruni, Gerardi qd. Benenati, Sassulini qd. Gerardi tt. Guilielmus not. imp.

*Originale:* C. 91. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Guilielmus*:* Petrus archipresb., pro se et pro suis heredibus ac proheredibus, et suprascripti Cigus et Ubertus, pro se et pro eorum heredibus ac proheredibus, ad invicem inter se convenerunt et promiserunt, quod si ipsi voluerint vendere vel pignorare suprascriptas terras, ipsi debent inquirere inter (se ?) et dare pro sol. V Luc. minus in venditione, quam ab aliqua persona habere potuerint, infra XXX dies proximiores post inquisitionem, et facient eis cartulas et securitate in laudatione eorum sapientis; et si infra suprascriptum terminum id tollere noluerint, quod postea dent cui eis placuerit, salvo tamen libello suprascripto appoca et salva suprascripta pensione. Hoc factum est suprascripti annis et datale et ind. et presentia suprascriptorum testium et mea Guilielmi not., q. hec scripsi.

1 Mencucci *è scritto su rasura.* 2 et qd. item Petri *è nell'interlineo.*
3 *Così l'orig. per* quinta

1061. *Canonica di S. Martino (Lucca), 22 Luglio 1150.*

A. MCL, XI kal. aug., ind. XIII. Ego Rolandus qd. Carbonis per hanc cartulam vendo et trado tibi Manfredo presb. et can. eccl. S. Martini omne ius, actionem, derictum et melioramentum, quantum mihi pertinet, de duabus petiis de terra in l. et fin. Toringana; prima est pratum; tenet: unum caput in terra hospitalis S. Marie, alterum in terra qd. Ararducii[1] et eius con-

sortum, latus unum in terra filiorum qd. Aldibrandi, aliud in terra filiorum qd. Ughi Aldibrandi et Romagnoli; secunda ibi prope, pratum et palliaretum, tenet: unum caput in terra Ranuccii et eius nepotum atque Malastaffe qd. Ranerii, alterum in fluvio paludis, latus unum in terra filiorum qd. Nuvilonis, alterum in terra * * . Item vendo et trado tibi omne ius, actionem, derictum atque melioramentum, quantum mihi pertinet, de medietate de una petia, q. est palliaretum,[2] in suprascripto l. Toringana, et tenet: unum caput in terra Ceciorini qd. Cecii[3] et eius consortum, alterum in terra mon. S. Cerbonii, latus similiter[4] et eius consortum, alterum in terra * *. Que (petie de terra) mihi obligate sunt per XXXVIII sol. capitale a Riccio qd. Cantarelli,[5] sicut legitur in cartula scripta manu Guidi not. imp., et quas Riccius tenuit a suprascripta canonica per pensionem XXII den. A te recepi pretium, sol. XXXVIII Luc. monete. Repromitto una cum meis heredibus tibi Manfredo presb., tuis fratribus et successoribus, ut si nos intentionaverimus aut retolli quesierimus, et si nos vobis eam ab omni homine defendere non potuerimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum. Act. in suprascripta canonica. S. m. Rolandi. S. m. Luttierii qd. Serandi et Patthi et Mirabotti gg. qd. Glandulfini, Iuliani qd. Lamberti, Ugolini f. Homodei tt. Guinisius not. imp.

*Originale :* H. 167 ; *Regestum A, c. 23 v ; Regestum B, c. 10 v. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Guinisius *:* Hanc emptionem predictus presb. Manfredus fecit cum assensu et cognitione Barocchi et Gottifredi gg. qd. Ricii et cum parabola et assensu Bulsi tutoris *(corretto da* totoris*)* suprascriptorum gg. et Malegallie avunculi eorum ; nam Riccius tenuerat pensionem suprascriptam suprascripte eccl. et canonice, secundum illorum confessionem, per viginti annos, unde suam portionem perdiderat et ideo suprascripti eius ff. concesserunt suprascriptas terras suprascripte canonice redimere et cum auctoritate Bulsi tutoris illorum (et ?) totum derictum, quod in suprascripta terra habebant, refutaverunt in manum suprascripti presb. Manfredi ; et hoc ideo fecerunt, ut anima patris eorum exiret de peccato et quia nullum derictum habebant. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Nota, quod prima petia, q. ponitur in ista cartula, est terra, quam tenuit Riccius, postea Landinus f. eius, postea Silvester *(?)* de Turingo, postea locata fuit pro II star. grani et I gallina Martino Traversato et aliis, prout continetur in carta Guilielmi not.

1 *Il Reg. A :* tenet caput in terra hospitalis S. Marie, alterum in terra illorum de curte Ildebrandi, latus in terra eorumdem, alterum in terra filiorum Ughi 2 *Corretto da* palliareto 3 *Il Reg. A aggiunge :* de S. Benedicto 4 *Il Reg. A aggiunge nell' interlineo:* in terra predicti mon. 5 *Il Reg. A dice :* quas ipse (Rolandus) habuerat in pignore a Riccio qd. Cantarelli g. Gottifredi et Barocchi, consensu predictorum gg.

1062. *Segni, 16 Settembre 1150.*

Eugenius (papa). Petro archipresb. Luc. eccl. eiusque fratribus. Vestris postulationibus annuimus et predecessoris nostri

Gelasii vestigiis inherentes, antiquas eccl. matricis atque rationabiles consuetudines confirmamus *etc. (Come nella bolla di Gelasio II, 1118 Settembre 13; cf. il reg. n. 763 fino a* illibata servari, *poi segue)* Preterea quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum possidetis, aut in futurum poteritis adipisci, illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: eccl. de Massagrosi, ęccl. de Fabialla, eccl. de Gualdo, et duas eccl. de Massa Macinaria, eccl. de Villore, eccl. de Ciciana, eccl. B. Concordii iuxta Arsinam. Omnia integra conserventur, salva Sedis apost. auctoritate et Luc. ep. canonica iustitia. Dat. Signie, per manum Bosonis S. R. Eccl. scriptoris, XVI kal. oct., ind. XIIII, a. M°C°L, pontif. Eugenii III pp. a. VI.

*Originale:* BB. 7. *Sigillo di piombo perduto. Copia del sec. XIII:* BB. 46; *Copia cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.:* P ✠ XI, *c.131. Pflugk-H., Acta III, 98, n. 97; Jaffé-L., n. 9404; Kehr, Italia Pontificia, III, 403, n. 32.*

1063. *Lucca, 11 Novembre 1150.*

A. MCL, III id. nov., ind. XIV. Nos S a v i n u s f. qd. Guilli et A m a t u s eius f. et B e l l a i n a iugalis Savini et filia qd. Iohannis et M a s s a i a iugalis Amati et filia qd. Henrici, mihi Amato consentiente patre meo et nobis Bellaine et Massaie consentientibus mariti nostri, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogate sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli una(m) petiam de terra, q. est canpus cum arboribus, in l. et fin. Capannole u. d. Cafaio filii Ardi; que tenet: unum caput in terra filiorum qd. Ildebrandi qd. Guntini, aliut, cum tota fossa infra se, in terra suprascripti Manfredi iudicis et in terra Rolandi qd. Cristofani, latus unum in via publica, aliut in terra Bernardi qd. Lei. Hanc petiam de terra, q. est ad pert. mensuratoria star. XIII, et si plus inventa fuerit, offerimus, retento tamen de ea nobis usufructu, donec ego Savino vixero et ad suprascripto mon. causa conversionis non ivero, quatenus a presenti die sit in proprietate mon. et post obitum meum qui supra Savino vel postquam ad mon. causa conversionis ivero, sit in potestate presbiterorum et clericorum, q. ibi pre tempore fuerint et officium Deo fecerint, eam habendi et fruendi. Pena dupli et arg. libr. XX. Act. Luca. S. m. iugalium, Savinus Amato consensit, Savinus et Amatus uxoribus eorum consenserunt. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Ciaffori qd. Rustici, Falsinelli qd. Angeli, Guilielmini del Mundo, Cari qd. Marchi, Quarticioli qd. Lamberti tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 119.

1064. *Lucca, 9 Gennaio 1151.*

A. MCLI, V id. ian., ind. XIV. Nos Anselmus qd. Rodulfi cl. et Lupa iugalis eius et filia qd. Pagani, michi Lupe consentiente marito meo, lege Romana vivente, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Penduco qd. Federighi una petia de terra, q. est canpus cum arboribus, in l. et fin. Tassingnano u. d. al Piano; que tenet: unum caput in terra Allucci qd. Opiti, aliut in terra Carindoni qd. Bonifatii not., latus unum in terra tua, aliut in terra Renbi qd. Gottifredi. Hanc petiam de terra, q. est ad pert. mensuratoria media cultra, et si plus inventa fuerit, tibi eam vendimus et tradimus. Recepimus pretium, libr. IV Luc. den. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Anselmus coniugi sue consensit. S. m. Ildebrandi qd. Villani, Bonichi qd. Vitali, Riccardi qd. Malli tt. Henricus not. imp.

*Originale:* H. 52. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio ad penam libr. x arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt.

1065. *Lucca, 2 Febbraio 1151.*

A. MCLI, IV non. febr., ind. XIV. Ego Angelus qd. Bernardi per hanc cartulam vendo et trado tibi Argento archipresb., ad parte eccl. et canonice S. Martini, omnem ius, actione et derictum et melioramentum et usum, que mihi pertinet per quacumque ordine, de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Parathana u. d. Campo Romani,[1] quam ego detinebant ad suprascripta canonica; que: unum caput tenet in terra et media fossa Traine, aliut in terra Eimellina qd. Guidi, latus unum in terra et media fossa Antelmini, aliut in terra suprascripti S. Romani. Recepi sol. XVII Luc. monete. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Angeli. S. m. Ildebrandi qd. Ugi et Guillielmecti qd. Iohanni et Petri f. suprascripti Angeli et Lamberti qd. Vitali tt. Ugo not. regis.

*Originale:* D. 27; *Regestum A, c. 24 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Angelo star. v grani et star. III fabarum. *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Il Reg. A ha:* u. d. Campus S. Romani

1066. *Lucca, 3 Febbraio 1151.*

Breve recordationis, qualiter infra Luc. civ., intus canonica S. Martini, presentia bonorum hominum quorum nomina[1] subter leguntur, Angelus[2] qd. Bernardi investivit Argentum archipresb. et can. eccl. S. Martini, quod ipse Angelus et sui heredes ac proheredes omni anno reddam in suprascripta canonica star. de grano v et de fabe III bone sicche, cum iustum (star.) venditorio, de

una petia de terra, q. est campus, in l. Parathana u. d. Campo S. Romani.[3] Hoc promisit sub penam v liberarum arg., sub penam comsulum et treguanorum Luc.; et insuper convenit atque promisit, sub suprascriptis penis, quod ipse vel eius heredes ac proheredes ullo tempore non vendet nec pingnorabunt nec alienabunt ullo modo suprascriptam petiam de terra. Presentia: Ildebrandi qd. Ugi.[4] A. MCLI, III non. febr., ind. XIV. Suprascriptus homines ibidem fuerunt. Ugo not. regis.

*Originale:* D. 73; *Regestum A, c. 24 v; Regestum B, c. 8 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* star. V grani et fabarum III; nescitur a quo. *Il Reg. A ha:* Promissio predicti Angeli *(cf. il reg. precedente)* de reddendo v star. grani et III fabarum de predicta terra, q. tenet: caput in terra Trahine, alterum in terra Amelline qd. Guidi qd. Raimundi, a qua *(sic)* descenderunt Rafacane et consortes, latus in terra Altemini de curia S. Martini, alterum in terra S. Romani. A. Domini MCLI°, III non. febr. Pro Angelo Petrus frater eius. De Angelo Iacob, de Iacobo Amicus.

[1] *L'orig. ha:* nominam [2] *L'orig. ha:* Angelum [3] *Seguono i confini come nel reg. precedente.* [4] *Seguono i nomi de' testimoni come nel reg. precedente.*

1067. *Lucca, 9 Marzo 1151.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., in canonica S. Martini, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, Trombertus qd. Benedicti investivit Tonem et Massorum gg. qd. ff. Gerardi et Bugianum qd. Guidi, eisque finem et refutationem et perdonationem atque transactionem fecit, sub pena XX libr. arg. et consulum et treguanorum Luc., quod ipse et sui heredes omni tempore firmum tenerent hoc, quod Manfredus iudex, Amatus canonicus, Rubertinus Rossus, presb. Lutterius inter eos dicerent vel laudarent de lite, quȩ erat inter eos de terris, quas tenebant a Vitali et Scotto, Guilielmo et Gottefredo in l. Scaphiano. Ad hec suprascriptus Manfredus iudex, communi concordia ceterorum sociorum, dixit et laudavit inter eos, ut sic Tonus et Massorus et Bugianus conventionem ac divisionem fecerant cum suprascriptis dominis de suprascriptis terris, firma et rata teneatur ab utraque parte omni tempore, et de offensione, quam Trombertus fecerat de blava sive de lino vel de den. sive de palea, restauraret suprascriptis consortibus sex star. de grano et permittat in hoc anno proximo illis seccare et habere totam paleam de palliareto communi et aliud restaurum eis non faciat de suprascriptis offensionibus, nisi quod emendationem vinee ab eis non requirat, si vicerit vineam, unde litem cum eis habebat. Et dixit, ut de suprascriptis terris, quas in parte habent a suprascriptis dominis, divisionem inter se faciant et firmam teneant, secundum quod laudaverit Bonfilius qd. Menchi et Cecius qd. Guidiperghe et Vi-

talis de S. Laurentio et Buschettus et Petrus de Monte, omnes vel maior pars eorum. Et restaurum melioramenti de suprascriptis terris inter se facerent similiter in eorum arbitrio. Et laudaverunt, ut Trombertus omni anno, die s. Marie medii augusti, reddat pensionem suprascriptis consortibus IV den. Luc. et medium, et Tonus et Massorus et Bugianus investierunt et finem et cetera fecerunt similiter Tromberto sub suprascriptis penis. Insuper utreque partes inter se convenerunt et promiserunt facere et recipere restaurum de hoc, quod suprascripti domini habuerunt plus de parte Tromberti quam de aliis suprascriptis terris, et Trombertus non debet facere litem de vinea et bosco de Fontana Ricci. Haec acta sunt coram: Ienoense qd. Rolandi, Accorso qd. Gottefredi, Honesco qd. * *, Viviano qd. Beraldelli, Navantieri de Massa. A. MCLI, VII id. mar., ind. XIV. Suprascripti homines ibi fuerunt. Dulcis not. imp.

*Copia del sec. XII, di* Petrus not. imp.*:* M. 121. *Nel verso, da mano del sec. XII:* In Massa Macinaria.

1068. *9 Marzo 1151.*

« Iordanus suprascriptus[1] qd. Cecii et Dirutiana uxor eius et filia qd. Anselmi, titulo oblationis, dederunt Luc. capitulo omnes casas et casalina et terras cultas et incultas et massaritias et res alias, quas habebant et eis pertinebant, quocumque titulo, in l. et cappella S. Laurentii de Arsina et in l. et confinibus Vurni; ut continetur manu Dulcis not. (A.) M°C°LI°, VII° idus martii ».

*Regestum B, c. 55 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 961, cui si riferisce.*

1069. *Debbia, Marzo 1151.*

Notitia breve recordationis, qualiter in l. Debbia, in presentia bonorum hominum quorum nomina supter leguntur, litem, qui erat inter Sinibono et suo f. Ugolino habebant cum Ingnacculo et suis nepotibus, de rebus qui fuerunt Mangiarelli, unde miserunt procuratores et laudatores propter illam litem diffinirent, et iuraverunt ipsi eorum preceptum et precepti; ipsi laudatores fuerunt: Rubertino de Colleclo et Baldino de Ralla et Guido del Colle et Bentivennia et Villano de Domo et Guidocto Fantinelli et ipsi laudaverunt omnibus rebus fuerunt pertinenti Mangiorelli, octo dies antequam mortuus fuerit, deveniat Ingnacculi et ad nepotibus suis in permutatione et omnibus rebus similiter pertinentibus Ingnacculi et nepotibus suis in permutatione deveniat Bonefilie qd. Mangiarelli. Hoc laudaverunt pro salvare sacramenta et si abere melioramento resalvare in laudatione Guidocti et Ciofecti

et Enrigiuci de Spiciano et de rebus Mangiarelli pro amore retinere deveniam tertiam portionem Ingnacculi et ad suis nepotibus et de illam tertiam portionem habere Sesmonduro pro placito Caresore filia Siniboni sol. LX, unde abere in pingno una cultra de terra in campo abere et tenere usque in tempore illo, quod sol. LX bene sit sibi persoluti et de duos portionem, quod remanserit, detineant Bonafilia et Ugolino viro suo Onorinfice Osetta in vita sua; et si ita non fecerint sine fraude, abeat Osetta medietatem [1] in vita sua, et quicumque de illis omnia ita non observaverit, obligaverunt se componere penam sol. CC. Hact. est presentia predictorum hominum: Rubertino et Baldino et Guido et Bentivenia et Villano et Guidocto. A. MCLI, in mense mar., ind. XIV. Glandulfus not. regis.

*Copia del sec. XII, di* Riccomannus imp. iudex et not.*:* Q. 154.

1 medietatem *è scritto su rasura.*

1070. *Canonica di S. Martino (Lucca), 12 Aprile 1151.*

A. MCLI, prid. id. apr., ind. XIV. Nos Manfredus et Oddo et Loctarius et Guarnerius presbiteri et Allexius diac. et Plebanus subdiac. canonaci et confratres eccl. et canonice S. Martini Luc. civ., pro nobis et pro nostris confratribus, per hanc cartulam, ex parte suprascripte eccl., libell. nom. ad censum etperexolv. dare videmur tibi Guidoni f. qd. Martini unam petiam de terra, q. est canpus, in l. et fin. Sorbano Lei iudicis et prope capanna Montonis; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et dimidia fossa iamdicte eccl., latus unum in terra et dimidia fossa canonice S. Michaelis, alterum in terra eccl. S. Iohannis. Hanc petiam de terra, q. est per mensuram cum iusta pert. mensurata mod. I, et si plus invenitur, tibi dare videmur, ut a modo sit in potestate tua et de quibuscumque tuis heredibus ac proheredibus et cui vos dederitis, habendi atque fruendi. Nobis nostrisque successoribus ac prosuccessoribus per singulum annum in mense apr. reddere debeatis, ad suprascriptam eccl., transactis tribus proximioribus annis, den. XII Luc. Pena: arg. lib. X. Act. intus canonica suprascripte eccl. [1] S. m. Villani f. Lamberti, Bellibonii qd. Uberti, Valleriani f. Angeli, Burnecti qd. Arnaldi atque Cancellarii qd. Guiscardi tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* E. 91*; Regestum* A, *c.* 29 *con la data 31 marzo 1151. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Hic libellus tali pacto est factus: [Si] nos Manfredus, Oddus, Loctarius, Guarnerius, Allexius et Plebanus [et] nostri successores aliqua die, dehinc usque ad tres annos proximiores, dederimus tibi Guidoni vel tuis heredibus sol. CCXL Luc. den., XII den. per singulos sol. rationatos et prode per singulum annum [den.? VI]-

ginti quatuor Luc. et tria sistar. de grano pro investitione predicte terre, in recolliectura, ad casam h[abitationis tue, ad iusto s]ist. Luc.; si ita dederimus, hic libellus sit inanis et vacuus et in nobis revertatur. Et si ita non fecerimus, hic libellus sit fir[mus]. Predictos sol. ccxl dedimus Luc. consulibus pro dato iandicte civitatis. *Il Reg.* A*:* Libellum datum a canonicis S. Martini Guidoni qd. Martini pro xii den. de una cultra terre in Sorbano Lei iudicis *etc. E nel margine, sopra la rubrica, che dice:* In Sorbano, prope S. Philippum, *si ha da mano coeva:* Minore *(pare si riferisca a* Sorbano*)*, que *(o* qui*)* dicitur Centinaio.

[1] *Sotto vi è un largo spazio in bianco.*

1071. *22 Maggio 1151.*

« (Offersio)[1] predicti Leucii[2] qd. Gualandi de melioramento predicte terre[3] canonice B. Martini et de una petia sui iuris iuxta eandem terram et de melioramento unius petie sue in Piscia u. d. in Debbia, et de una casa post trefunem S. Symonis de Lischia;[4] que petia, scilicet cuius melioramentum obtulit, tenet: caput in terra, quam subter obtulit, alterum in via publica, latus in terra Saulli, alterum in terra ospitalis S. Marie, quam tenebat a S. Petro Maiore, et in terra Ceciorelli qd. Ferolfi; secunda petia, quam ipse obtulit, tenet: caput in predicta terra, alterum in via publica, alterum[5] in terra, quam tenet predictum ospitale, alterum in terra prefati Gerardini[6] qd. Menchi. A. Domini mcli, undecimo kal. iunii ».

*Regestum A, c. 15.*

[1] *Il ms. ha:* Compera *cancellato.* [2] *Di Leuccio non trovo fatta menzione prima, ma dopo; cf. il reg. n. 835.* [3] *Cf. il reg. n. 228, cui si riferisce. La rubrica dice:* In Fontane, prope Puliam et ubi modo dicitur Via Meçana S. Marie. [4] *Il ms. aggiunge:* de qua habemus sol. iiii per libellum [5] *Così il ms. per* latus [6] *Non trovo nominato prima questo Gerardino.*

1072. *Lucca, 29 Giugno 1151.*

Breve recordationis, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. S. Petri Cigoli, bonorum homminum presentia quorum nomina inferius leguntur, Leuccius qd. Gualandi res suas ita ordinavit: Voluit et iudicavit pro anime sue remedio et pro remedio animarum patris matrisque suorum et remedio animarum suorum filiorum eccl. et canonice S. Martini unam petiam de terra, q. est canpus, in l. Via Methana, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et dimidia fossa Saulli qd. * *, latera ambo in terra Gerardini qd. Menchi. Si quis meorum heredum hanc meam volumtatem et ordinationem corrumpere aut immutare temtaverit, volo et iubeo atque obligo illum heredem, ut sit conpositurus ei, adversus quem hoc agere temtaverit, penam arg. libr. x. Presentia: Gotefredi causidici qd. Homodei, Lodoighi qd. Thabulini atque Cuniti

qd. Dominici. A. MC(L)I,[1] III kal. iul., ind. XIV. Suprascripti hommines ibi fuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* P. 16.

[1] *La carta ha:* anno centesimo primo, *ma è certamente* centesimo quinquagesimo primo; *cfr. il reg. seguente.*

1073. *Lucca, 29 Giugno 1151.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., iuxta eccl. S. Petri Cigoli, bonorum hominum presentia quorum nomina inf[erius] leguntur, Leuccius qd. Gualandi voluit et iudicavit pro anime sue et patris et matris et uxoris et filiorum suorum remedio eccl. et canonice S. Martini Luc. civ. unam petiam de terra, q. est campus, in l. Pulia u. d. Via Methana; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et media fossa Saulli qd. * *, latera ambo in terra Gerardini qd. Mencucci. Item do et mando et concedo eccl. et mon. S. Quirici in Monticello omnem actionem et omne ius, quod habeo et requirere possum a Butico de Muriano, de XX sol., quos ei mutuo dedi, et omne pingnoris obligatione, quam habeo et mihi pertinet a suprascripto Butico pro suprascriptis sol. de una petia de terra, q. est vinea, in l. et fin. Moriano, per cartula scripta manu Romani not.; ita tamen, ut suprascripta eccl., infra unum mensem postquam exactos habuerit suprascriptos sol., tribuat rectori pontis prefate eccl. X sol. Item do et mando et concedo Martino rectori ospitalis de Tepascio omnem actionem et omne ius, quod habeo et requirere possum a Boccanera de Moriano de XX sol., quos ei mutuo dedi, et omne pingnoris obligationem, quam habeo et mihi pertinet a iandicto Boccanera pro suprascriptis sol. de una petia de terra, q. est. vinea, in l. Moriano, per cartula scripta manu * * not.; ita tamen, ut suprascriptus rector infra unum mensem, postquam exactos habuerit predictos sol., tribuat ospitali S. Marie de Ruchi V sol., ospitali Lunate V sol. Item do et mando et concedo ospitali eccl. S. Iohannis de Burgo omnem actionem et omne ius, quod habeo et requirere possum a Tosscanello de Valle de XX sol., quos ei mutuo dedi, et omne pingnoris obligatione, quam habeo et mihi pertinet a predicto Tosscanello pro iandictis sol. de una cassina et res massaritias in l. Valle, per cartula scripta manu Benecti not.; ita tamen, ut suprascriptus ospitale infra unum mensem, postquam exactos habuerit predictos sol., tribuat ospitali de Colle Bertradi V sol., ospitali S. Marie Forisportam V sol. Si quis meorum heredum hanc meam voluntatem et ordinationem corrumpere temtaverit, volo et iubeo atque obligo illum heredem, ut sit conpositurus

ei, adversum quem hoc agere temtaverit, penam arg. libr. xx. Hec acta sunt presentia: Gottefredi causidici, Lodoighi qd. Thabulini et Cuniti qd. Dominici. MCLI, III kal. iul., ind. XIV. Suprascripti omnes ibi fuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* P. 21. *Cf. il reg. precedente.*

1074. *Lucca, 2 Agosto 1151.*

A. MCLI, IV non. aug., ind. XIV. Manifestus sum ego Buiardus qd. Bolgarelli, quia tu Bonfilius custos et rector hospitalis S. Martini, quod est situm in civ. Luca, iuxta ęccl. et pusterulam S. Alexandri, ex parte hospitalis, per cartulam libell. nom. ad censum perexolv. dedisti mihi unam petiam de terra hospitalis, quę est silva et boscum insimul, in l. Computo u. d. Valle Branculi, et tenet: unum caput in via, alterum in plano de Montetuccari, latus in terra hospitalis de Trepontho et mulieris qd. Bonelli Pisciatini et in terra mea et in terra de filiis qd. Ubaldi, alterum in terra mea et in terra Normannini qd. Iohannis Boncii. Dedisti, ut ammodo sit in potestate mea meorumque heredum eam habendi, utendi atque fruendi. Tibi vel tuis successoribus reddere debeamus omni anno in mense ian., in suprascripto l. Computo, affictum II star. de castaneis bonis[1] mollariis, iusto star. venditorio eiusdem loci, quale ibi pre tempore fuerit. Pena: arg. libr. v. Act. Lucę, prope portam S. Petri, in solario porticus Henrici iudicis. S. m. Buiardi. S. m. Sifredi not., Rolandi qd. Riccardi iudicis, Cimbrioli qd. Passarini tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 187. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* Reclamande; *e in altra parte, da mano del sec. XIV-XV:* De ista reddita nichil habemus; terras habet Martinus qd. Lupori de Cappella S. Petri.

[1] bonis *è nell' interlineo.*

1075. *Lucca, 23 Agosto 1151.*

A. MCLI, X kal. sept., ind. XIV. Ego Ildebrandinus qd. Ioannacchi f. per hanc cartulam pingnoris nomine do et trado atque obligo tibi Perfecto Gerardi f. mod. unum cum iuxta pert. mensurata a parte * * de una petia de terra, q. est canpus cum arboribus super se, in l. et fin. Paganico u. d. Aqualonga; tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et dimidia fossa S. Marie, latus in terra et dimidia fossa Gotefredi qd. Donti, alterum in terra et dimidia fossa Henrici g. mei. Do atque obligo pro CX sol. Luc., quos tibi dare debeo. Pena dupli. Act. Luce, intus eccl. S. Michaelis, que d. ad Forum. S. m. Ildebrandini. S. m. Lodoighi qd. Thabulini, Ughicionis Guarguallia qd. Mar-

tini, Tiniosi qd. Bonardini atque Gufi qd. Guiducci tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* P. 83. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Hec cartula tali tenore est facta: Si ego Ildebrandinus vel mei heredes aliqua die, dehinc usque ad duos annos proximiores, reddiderimus tibi Perfecto vel tuis heredibus sol. cx Luc. et prode per singulum annum sol. xvi et dimidium item Luc., reddendo predictos sol. capitale inter quinque vicibus, reddendo per vicem sol. xx cum eorum usuris et secundum quod de predictis sol. redditi fuerint, minuantur suprascriptum prode, hec cartula pingnoris inanis et vacua sit, eamque nobis reddatis cum suprascripta terra; si vero infra suprascriptum terminum suprascriptum debitum capitale et prode vobis non reddiderimus, deinde in antea proprie habeatis suprascriptam terram, faciatisque ex ea cum cartula quicquid vobis placuerit. Post hec Ildebrandinus obligavit se suosque heredes, in pena Luc. consulum et treuguanorum, q. nunc sunt vel in antea erunt, et sup pena v libr. arg. Perfecto suisque heredibus ita: predicta petia de terra non est alienata vel obligata ulli persone vel loco, quod tibi Perfecto vel tuis heredibus dannietas sit. Et si infra predictum terminum debitum et prode vobis non dederimus, deinde in antea non litigabimus te neque tuos heredes de suprascripta terra, et erunt eis omni tempore auctores et defensores.

1076. *Lucca, 6 Gennaio 1152.*

A. MCLII, VIII id. ian., ind. XV. Nos Benefeci qd. Rospilii atque Carabona uxor eius (filia) qd. Iohannis et Berna(r)dinus eorum f. atque Ioletta uxor predicti Bernardini, mihi Caraebone consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Guidardi nepotis mei et Pathi qd. Ottonis propinquioris mei et mihi Bernardino consentiente patre meo et mihi Iolette consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Acceptantis g. mei et Martini f. Tedalgardi propinquioris mei, a quibus interrogate sumus secundum aedicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Landino g. meo qui supra Benefeci medietatem de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. Paganico u. d. Sanicore; que tenet: unum caput cum uno latere cum totis fossis suis in terra Paganelli qd. Rolandi, alterum caput cum tota fossa sua in terra filiorum qd. Rolandi qd. Sassi et in via publica, alterum latus cum tota fossa sua in terra hospitalis S. Petri Maioris. A te recepimus pretium, sol. CXX Luc. den. Pena dupli et insuper consulum et treuguanorum Luc., q. modo sunt vel pro tempore erunt. Act. Luce. S. m. iugalium, et suprascripti ad eas interrogandas fuere. S. m. Ciabatti qd. Iohannis et Corsi g. eius, Riccii qd. Riccii tt. Rolandus not. imp.

*Originale:* R. 210.

1077. *6 Gennaio 1152.*

« Brunectus et Guilielmus gg. ff. condam Roffredi titulo oblactionis dederunt Luc. capitulo omnes illas terras sive ius et

melioramentum ipsarum et casas et casinas, quas habuerunt a dicto capitulo, que sunt in confinibus Masse Macinarie et de quibus consueti sunt recolligere, vel erant, star. xx vini musti et star. tria inter nuces et castaneas et duas derratas carnium et sex den., pro pensione, et libr. duas et dimidium olei; ut continetur manu Dulcis not. (A.) Mᵒ Cᵒ LIIᵒ, VIIIᵒ id. ian. ».

*Regestum B, c. 42.*

1078. *Col di Fiocco (Lucca), 1 Febbraio 1152.*

A. MCLII, ipsa die kal. febr., [in]d. xv. Ego Si[tho] [qd. Morecti] per hanc cartulam pingnoris nomine do et trado et obligo [tibi] Malafronti qd. Gerardi meam portionem de una petia de terra, q. est vinea et campo insimul compreensa, in fin. Moriano u. d. Col di Fiocco; [que tenet]: unum caput in via publica, aliut in terra, quam mihi reservo, latus unum in terra mea, quam mihi reservo, alterum in terra Guidolini g. meo qd. suprascripti Morecti. Competi mihi medietatem. A te recepi mutuo, sol. x den. Luc., ut inferius continetu[r]. Pena dupli et arg. libr. II,[1] et sub pena episcopi, q. pro tempore erit in episcopatu S. Martini, et consulum de Moriano. Act. Col di Fiocco. S. m. Siti. S. m. Guidolini qd. suprascripti Morecti et Brunecti qd. Boccadibui et Pilosi qd. Petri tt. Rainerius not. inp.

*Originale:* F. 144. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius: Sitho iuravit per Dei evvangnel[ia ...] dicto Malafronte, quod pre[dict]am terram non habeo vendutam vel ping[noratam] ad nullum hominum, quod mihi sit damnum, et (si) deinc ad sex annos *(*sex annos *è scritto nell'interlineo sopra* quattuor *cancellato)* proximos reddiderimus tibi Mala[fronti] vel tuis heredibus x sol. Luc. et prode omni anno in mense aug. IV star. de bono grano sicco, ad star. currente de Moriano, tratto parato a civitate Luca, ec cartula inanis et vacua sit, et nobis reddere debeatis; (et si) infra suprascriptos termine suprascriptos sol. et prode vobis dati non habuerimus, tu vel tuis heredibus suprascriptas res a[be]re debeatis; et Malafronte abe(a)t potesta[tem] predictum sacrame(ntum) ligandi atque solvendi vel eius certum misu(m).

[1] *Non è certo se la carta ha* II *ovvero* V

1079. *Lucca, 19 Febbraio 1152.*

Breve memorie, qualiter in civ. Luca, in canonica ęccl. S. Martini, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, Ceciorinus qd. Guidi per lignum, quod sua tenuit manu, investivit Argentum archipresb. et can. suprascripte eccl. et canonice, eique finem et perdonationem et refutationem atque transactionem fecit de tribus petiis de terris, quarum due sunt in l. u. d. a la Clusa, in villa de Verciano; prima est ortale, secunda ortus, que sunt cum arboribus super se; tertia est campus et palliaretum insimul u. d. al Pero; que tenet: latus in terra su-

prascripti Ceciorini, sicut terminata est; et de omnibus terris cultis et incultis quas qd. Iordanus qd. Cecii vendidit de his que fuerunt de parte qd. Rustichelli patrui Ceciorini, unde alias terras non emit; et de omnibus causis et rebus, q. fuerunt qd. suprascripti Iordani; et de omnibus causis et terris et rebus, quas ipse adversus suprascriptam ęccl. et canonicam pro qd. suprascripto Iordano agere vel causare seu requirere poterat aliquo modo. Pena: arg. libr. xx et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, et post penam solutam hec omnia firma permaneant. Unde Argentus archipresb., ex parte eiusdem eccl. et canonice, dedit ei meritum, anulum aureum pro omnibus suprascriptis confirmandis. Hec acta sunt coram: Guinisio not. imp., Guiscardo Cacafolia qd. Henrigi, Amico qd. Martini et aliis. A. MCLII, XI kal. mar., ind. XV. Suprascripti homines omnibus suprascriptis interfuere. Dulcis not. imp.

*Originale:* O. 164; *Regestum A, c. 42; Regestum B, c. 30 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII o XII-XIII:* De terris, quas obtulit Iordanus; ut continetur in carta Dulcis not., que (est) in sacco communium cartarum. *Il Reg. A:* De quibus (terris) modo nihil habemus. Sunt et alie multe carte de terris et rebus, quas iudicavit Iordanus; de quibus nihil habemus.

1080. *21 Febbraio 1152.*

« Ceciorinus condam Guidi et Buraccia eius uxor et filia condam Falconis investierunt et dederunt Alberto presb. et can. S. Martini, in parte et sorte et divisione stante, den. v pro ipsa eccl. et canonica, de una casa et re et massaritia, que est in plebe de Turri u. d. Sorbolo, que regitur per Biliccianum massarium, cum terris ad eam pertinentibus, et de omnibus terris, quas suprascriptus Bilincianus tenere consuevit et exinde reddere annuatim den. v Luc., et de aliis terris et rebus et casis; ut continetur manu Dulcis not. (A.) M°C°LII°, VIIII kal. martii ».

*Regestum B, c. 56.*

1081. *Lucca, 7 Marzo 1152.*

A. MCLII, nonas mar., ind. XV. Nos Guilielmus qd. Morecti et Alvisa eius uxor qd. filia Guibertini, prenominati Flamma in gola, consentiente mihi viro meo, interveniente mihi Alvisae notitia Villani patrui mei et (f.) qd. Rolandi et Martini f. Boni propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Guidoni presb. aeccl. S. Mariae de Roccha de Mothano, ad partem eiusdem aeccl., omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum et proprietatem atque omne ius, quę habemus et nobis ullo modo pertinet, de quarta portione de quattuor petiis

de terris cum casis et rebus massariciis super se, quę sunt in l. Domethano; prima est u. d. Campo et regitur per Brighintholum massarium; secunda est ibidem et regitur per Brunectum Ticcium massarium; tertia est in eodem l. et regitur per Brunectum Carecinum massarium; quarta est u. d. ad Sanctum Donatum et regitur per Donatum et Dominicum massarios. De his quattuor petiis et de omnibus terris cultis et incultis in l. Domethano et in l. Aquileia et in l. Gulliano et in l. Octavo vel in eorum fin., aut alicubi ad eas pertinentibus, omnem actionem etc. una cum omni proprietate omnique actione, locatione, melioramento et usu atque omni iure nobis ullo modo pertinente de quarta parte de omnibus terris cultis et incultis, quas tenet Tasca cum suis nepotibus a nobis nostrisque consortibus in suprascripto l. Domethano, tibi ea, ad partem suprascriptę aeccl., vendimus et tradimus, reddendo omni anno canonicę S. Martini xv den. Luc. A te accepi pretium, cc sol. Luc., quos Henricus Palię aeccl. S. Marię de Roccha pro animę suę et animę qd. Oddolinę uxori suę salute dedit et tradidit. Pena dupli et arg. libr. xx. Act. Lucę. S. m. iugalium, Guilielmus uxori suę consensit, et predicti Villanus et Martinus ad interrogandum eam interfuerunt. S. m. Passarini qd. Opitini, Malistarii qd. Bruni, Henrighetti f. Moronis tt. Ugo not. imp.

*Originale:* M. 30. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo*:* Predicti iugales, in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, convenerunt et promiserunt suprascripto Guidoni se ac suos heredes actores fieri ab omni homine de suprascripta venditione, eidem Guidoni eiusque successoribus et cui ipsi dederint, si lis vel molestia eis inde evenerit. Suprascripti tt. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Filius Martini in preterito anno debebat [...].

1082. *Canonica di S. Martino (Lucca), 19 Marzo 1152.*

A. mclii, xiv kal. apr., ind. xv. Ego **Albonectus**, prenominatus Campanaius, per hanc cartulam pro animę meę et uxoris mee Gisle atque filiorum filiarumque mearum et parentum remedio offero tibi eccl. atque canonice S. Martini Luc. episcopatus omne ius, actionem, derictum atque melioramentum, quantum mihi ullo modo pertinet, de terris omnibus cultis, incultis, vineis, olivetis, quercietis, virgareis buscareis, campis, pratis, pascuis, pall[iaretis] in l. Massa Macinaia, quas ego habeo per tenimentum, reddendo xviii den. ia[mdicte cano]nice, et filii qd. Mencucci et qd. Signorecti atque Morectus a me tenent. Offero, quatinus a presenti die in antea, et me vivente et post obitum meum, sint in proprietate prelibate ęc[cl.] et potestate canonicorum, q. temporaliter ibi fuerint ordinati, ad habendum et usufructuandum privato nomine.

Verumtamen in vita mea debeam eidem canonice reddere de predi[ctis] [vigin?]ti star. de musto; post meum vero obitum deveniant, absolute ab omni persona, in predicta canonica, ad faciendum quod vo[luerint]: tantum quod vendere iamdictum melioramentum non debeant. Pena dupli et libr. xx arg. et consulum et treuguanorum Luc., q. pre tempore fuerint. Act. in predicta canonic[a]. S. m. Albonetti. S. m. Saracini atque Albertini gg. qd. Grechi et Guiscardi qd. Henrighi, Ciciolini qd. Guidi, Rembi qd. Bonfilii tt. Guinisius not. imp.

*Originale:* O. 111. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* De Mencuccio fuit Cioffarinus *(?)*, de Morectino Nebiolo, de quo Homodei; *e da mano del sec. XII-XIII:* A Toperto Malusi xviii den.; modo Bonaccursus castaldus noster cum fratre.

1083. *Lucca, 19 Marzo 1152.*

A. mclii, xiv kal. apr., ind. xv. Nos Landinus f. qd. Ruspilli et Gerardinus et Motticone gg. ff. suprascripti Landini et Corsa uxor suprascripti Landini et filia qd. Scialcori et Castellana uxor suprascripti Gerardini et filia Guiducci et Dulce iugalis suprascripti Motticoni et filia qd. Rasogi, nobis gg. consentiente patre nostro, et mihi Corse consentiente marito meo, et ubi interfuit notitia Luccarelli qd. Martini et Albertini f. eius propinquioribus meis et michi Castellane consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Guilielmi qd. Germani et Maconi qd. Henrici propinquioribus meis et mihi Dulci consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Romei g. mei et Bramasoli propinquioris mei, a quibus interrogate sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est canpus cum arboribus, in l. et fin Paganico u. d. Sanicore; que tenet: unum caput cum uno latere cum totis fossis suis in terra Paganelli qd. Rolandi, aliut caput cum tota fossa sua in terra filiorum qd. Rolandi qd. Sassi et in via publica, aliut latus cum tota fossa sua in terra ospitalis S. Petri Magioris. Hanc petiam de terra, q. est per mensura modiora tres, quarra de cultra minus, vel si plus inventa fuerit, tibi eam vendimus et tradimus. A te recepimus pretium, libr. xiv et sol. v Luc. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Landinus filiis suis consensit et ipse Landinus et suprascriptis Gerardinus et Moticone uxoribus eorum consenserunt. S. m. Luccarelli et Albertini et Guilielmi et Maconi et Romei et Bramasoli interfuerunt. S. m. Lottieri qd. Serandi, Lanberti qd. Homodei, Savini et Martini gg. qd. Lanberti, Lanbercioni qd. Iohannis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 29. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et repromissio, ad penam lib. xx arg. et ad penam consulum et

treuguanorum Luc., qui nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt. et ind. Suprascriptos den., ex quibus suprascripta terra comparata fuit, dedit suprascripte eccl. et mon. Paganellus qd. Rolandi pro remedio anime sue. Afflictum predicte terre est omni anno XVII star. de grano et XII star. de milio. *Nel verso, di mano pur dello stesso* Henricus: Albertus cum uxore sua dedit in hac terra III libr. et III sol. pro animabus *(?)* suis *(?)*.

1084. *Lucca, 23 Maggio 1152.*

A. MCLII, X kal. iun., ind. XV. Ego Petrus qd. Ubertelli per hanc cartulam pignoris nomine do et trado atque obligo tibi Alberto presb. et can. ęccl. et canonice (S.) Martini, recipientem ad partem eiusdem eccl. et canonice, omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quod habeo et mihi ullo modo pertinet de mea portione, q. est quarta portio, de una petia de terra, q. est campus, in l. Carraria u. d. Campolungo;[1] que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra filiorum qd. Guadardi, latera in terris * *. Est ad pert. mensurata mod. I et star. IV. Do atque obligo pro sol. X Luc. den., quos mihi mutuo dedisti pro suprascripta ęccl. et canonica, sicut inferius designabitur. Pena dupli. Act. Lucę. S. m. Petri. S. m. Rolanduccii f. Brunecti, Merendelle qd. Pugnetti, Cancellarii qd. Guiscardi tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 39; *Regestum* A, c. *18 v*; *Regestum B*, c. *14 v*. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis: Hec cartula tali tenore facta est: Si ego Petrus vel mei heredes aliqua die, dehinc ad quattuor proximos annos, post primum annum reddiderimus tibi Alberto vel tuis confratribus canonicis vel vestris successoribus sol. X Luc. et prode *(*prode *è cancellato)* omni anno in recoltura duo star. de grano et medietatem vel de milio vel de fabis, de qua in suprascripta terra fuerit, hec cartula evanescat, eamque nobis reddatis. Sin autem, deinde in antea potestatem habeatis de suprascripto pignore habendi, tenendi, possidendi, alienandi et exinde faciendi quicquid vobis placuerit. Suprascripti tt. et datale.

[1] *Il Reg. A ha:* Venditio *etc.* de terra in Cilliano u. d. Campolungo *etc.*, que est tota cultra una et star. IIIIor.

1085. *Giugno 1152.*

[...] Ubertello qd. Vit[a]lis a[...] Sine[anima ...] et [...]e cum M[an]fredo iudice atque Gottifredo causidico ipsum P[...]ga [...] et al[...] et [...] Bencivengne et [Vi]viano g[g. ...]ret *(?)* a [...] dot[em] pro sorore [...] Berta [...] de terris [i]n l. Gui[ndalfo ...] petia de terra [...] sic[...] pred[...] Sin[eanim ...]sa et examinata causa, quod maxima utilitas [...]rat, cum consilio suprascripti Manfredi iudicis et Gottifredi cau[si]dici, predictum Bone[l]lum suprascriptis pupillis tutorem dedit, et eis licentiam et auctoritatem predictarum terra[rum] et iuris atque actionis, melioramenti, hedific[ii] et libellarie *(?)* suprascripte case suprascripto Ubertello in dotem pro suprascripta [Berta] g. tribuendi dedit. Presentibus: Villano qd.

Homodei et Lupardo qd. Guidi, Ranucio pictore atque [G]uilielmino qd. Alchieri. A. MCLII, in mense iun., ind. XV. Rolandus [not.] imp. interfui et hec, ex iussu suprascripti comitis, scripsi.[1]

*Originale*: B. 99.

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1086. *Lucca, Giugno 1152.*

A.[1] MCL[II], in mense iun., ind. XV. Nos Bencivengna atque Vivianus gg. et qd. *(?)* [ff.] B[aro]cch[i] *(?)*, consentiente nobis Bonello qd. Vitalis, dato no[bis] tutore a Sineanima advocato et sacri pal. com[ite], per h[anc] cartulam damus et tradimus in dotem pro Berta g. nostra tibi Ubertello qd. Bellomi tres [pe]t[ii]s de [terris ...] in l. Guindalfo; prima tenet: unum caput in fluvio Serclo, alterum in t[erra] Balbanese, latus [un]um [in terra ...]tichier[...], alterum in terra Brunecti de Buiti et in terra Petri magistri; secunda tenet: unum caput in suprascripto fluvio, alterum in terra Signorecti qd. Castaldi, latus unum in terra suprascriptorum Brunetti et P[etri], [alte]rum in via publica; tertia tenet: unum caput in terra Guicciardi qd. Aldibrandi, alterum in terra suprascriptorum [B]runecti et Petri, latus unum in terra Buosi et Pilosi, alterum in terra Surdi. Item damus et tradimus in dotem omne ius et actionem, derictum, usum et melioramentum atque hedificium et libellaria, que nobis pertinent, de una petia de terra cum [casa] super se, q. est in civ. Luca, prope S. Matheum, quam tenemus per libellum a Natali, reddendo omni anno de aug. [...] den. et medium, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripti Natalis, latera ambo in mediis claudendis [...]rum, quas [a] suprascripto Natali detinemus. A te recepimus meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Lu[ce]. S. m. gg., Bonellus, eis tutor datus, consensit. S. m. Villani qd. Homodei, Lupardi qd. Guiduci, Ranuci pictoris, Guilielmini qd. Alchieri[2] tt. S[in]eanima sacri pal. comes[3] et missus imp. hec, aput me acta, confirmo. Gottefredus causidicus interfui et ss. R[o]landus not. [imp.].[4]

*Originale*: B. 99.

[1] *Così prosegue il reg. precedente scritto ad un tempo stesso sulla medesima carta.* [2] Alchieri *fu scritto dopo da mano coeva nello spazio lasciato in bianco.* [3] comes *è nell'interlineo.* [4] *Il nome del not. si legge per intero nella* corroboratio.

1087. *Lucca, 8 Luglio 1152.*

A. MCLII, VIII id. iul., ind. XV. Ego Henricus f. qd. Guidi per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli tenimentum meum, quod mihi

reservavi, et omne ius et actionem et derictum et melioramentum, quantum et quale habeo et detineo et mihi per quancumque ordine pertinet vel causare possum, de una petia de terra, q. est canpus cum arboribus, quam pro anime mee remedio obtuli suprascripte eccl. et mon., que esse videtur in l. et fin. Lunate, prope Ausere; que tenet: unum caput in strata Romea et in terra eccl. S. Bartholomei, aliut in terra Ermannetti de Sugrominio, latus unum in media fossa suprascripti Auseris, aliut in terra qd. Scocti qd. Brenci. Hanc petia, q. est ad pert. mensuratoria mod. II, et si plus inventa fuerit, tibi eam vendo et trado. Recepi pretium, libr. X den. Luc. Et insuper pactum et conventum: si aliquo tempore voluero stare ad tuum comandamentum vel de tuis successoribus, quod debeatis mihi dare victum et vestimentum, donec vixero. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Henrici. S. m. Albonecti Canpanarii, Saracini qd. Guidi Grechi, Paduli g. suprascripti Henrici, Bonifatii f. Vitali monaci, Vitorelli qd. Petri tt. Henricus not. imp.

*Originale:* E. 157. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et repromissio ad defendendum contra omnes homines, ad penam libr. XX arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt. et ind. Insuper ego Henricus promitto tibi Alberto et obligo me meosque heredes, quod de proprietas suprascripte petie de terra non habemus ullo modo agere vel causare seu aliquam litem inferre, neque apparebit exinde ullum nostrum datum vel factum, quod danietas sit Alberto vel eius successoribus, aut cui ipsi dederint, et omni tempore taciti et contenti esse habemus ad suprascripta pena; et presentia suprascriptorum testium et ind. et datale.

1088. *Lucca, 19 Luglio 1152.*

Breve memorie. Que aput reipublice magistratus ceterosque iudices aguntur, memorie causa scriptis inserere magne utilitatis est. Accidit quod Alexius diac. et Malastaffa gg. qd. ff. Rainerii,[1] tutores et curatores Riccii et Lamberti gg. qd. Nuvilonis et Bonastaffe atque Guilielmi gg. qd. Ger[ar]dini pupillorum nepotum eorum, Sismundino sacri pal. comite et imp. misso residente in civ. Luca, in domo suprascripti Malastaffe, petiverunt ac postulaverunt pro suprascriptis gg. pupillis nepotibus eorum, quatinus suprascriptus comes daret licentiam et auctoritatem eis vendendi eorum portionem de tribus petiis de terra, quarum due sun[t] [...] pro debito videlicet quod huius venditionis pretium dari debetur Bonedonne uxori Aldigherii et relicte qd. Rolandini g. suprascriptorum Alexii [et Malastaffe ... comes] petitione audita et causa cognita, consilio Manfredi iudicis imp., suprascriptis pupillis licentiam et auctoritate[m concessit]. A. MCLII, XIV kal. aug., ind. XV. Nos Alexius diac. et Malastaffa gg. qd. ff. Rainerii[1] et Ildebrandinus

f. suprascripti Malastaffe et Riccius et Lambertus gg. pupilli qd. ff. Nuvilonis atque Bonastaffa et Guilielmus gg. pupilli qd. ff. Gerardini et Brinata uxor suprascripti Ildebrandini et filia Bertrahimi, consentiente mihi Ildebrandino patre meo et nobis pupillis consentientibus et auctoritatem dantibus suprascriptis gg. patruis et tutoribus atque curatoribus nostris et ex decreto Sismundini sacri pal. comitis, et mihi Brinate consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum ȩdicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Argento archipresb. qd. * * duas petias de terra, que sunt masia; prima est in l. Arsina, prope ȩccl. S. Fridiani, cum casa et rebus massariciis super se, que regitur per Martellum massarium qd. Bernardi, una cum undecim petiis de terris pertinentibus ad eam, vel si plus pertinere inveniuntur; prima est in l. Pruneto; secunda u. d. Planum; tertia d. a la Ciuffa; quarta d. Fossato; quinta d. Gorgo; sexta d. Prugna; septima et octava sunt in l. Fico Albano; nona est a Morello; decima et undecima u. d. in Valle. Unde omni anno reddit unum carrum et xv sist. de musto, sist. antiquo, preter unam somam, que est stario venditorio iusto,[2] et xxii den. in mense ian. Secundum masium est in l. u. d. Fico Orticcio, cum casa et rebus massariciis super se, una cum septem petiis de terris ad eam pertinentibus, vel si plus pertinere inveniuntur; prima est u. d. Tracolle; secunda d. Sancta Iulia; tertia d. Planello; quarta in Monte; quinta d. a la Clusa, sexta d. sub Rocca; septima d. all Orto, que regitur per Homodei[3] massarium qd. Mencuccii; unde omni anno reddit unum carrum de musto, sex sist. minus, sist. antiquo, et xxv den. et medium in mense ian., vel si plus reddere invenitur, sive suprascriptus Martellus plus reddere invenitur. Item tibi vendimus et tradimus unam petiam de terra, q. est vinea et sterpetum insimul, que est in l. Vallebuia u. d. Vinea Gerardi; que tenet: unum caput in terra et media fossa Rolandi qd. Cicionis, alterum in terra Carandelli qd. * * et Guidi qd. Ughi, latus in terra filii qd. Cari de Curte Regis, alterum in terra suprascripti Malastaffe, sicut termini sunt. Recepimus meritum, anulum aureum pro pretio ccLx sol. Luc. den. Repromittimus nos venditores tibi Argento aut cui dabis vel iudicabis suprascriptam venditionem, ut si nos vobis aliquo tempore intentionaverimus aut retollere quesierimus, et vobis eam non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum; insuper penam arg. libr. xv, et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Lucȩ. [S. m. suprascriptorum] vendentium, Malastaffa f. suo consensit, et ipse Ildebran[dinus uxori sue *(?)* cons]ensit et Alexius et Malastaffa

nepotibus eorum pupillis consenserunt et auctoritatem dederunt. [Sismundin]us sacri pal. comes et missus imp. hec, aput m(e) acta, confirmo. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Rainonis qd. Ubertelli, Marchesini qd. Furi, Guiduccii qd. Cultrette tt. Dulcis not. imp., iussione comitis, suprascripta denotavi.

*Originale:* C. 88; *Regestum B, c. 55.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Terra de Vallebu(i)a u. d. Vinea Gerardi; detinet filius Carrandi de Morteto, scilicet Benectus, q. habet terram iuxta eam, unde reddit VII den. camere *(?)*. De Martello qd. Bernardi fuit Guido, de quo est filius, pro quo modo Petrus f. predicti Guidi. De Homodei qd. Mencucci de Fico Orticcio fuit Stephanus, de isto Pellarius.

[1] Rainerii *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.* [2] *Il passo da* preter *a* iusto *è nell'interlineo e fu scritto dopo.* [3] *Il Reg. B aggiunge:* cui Homodeo subcessit Stefanus Pellarius

1089. *Lucca, 13 Agosto 1152.*

A. MCLII, id. aug., ind. XV. Ego Ildebrandinus qd. Guiducci Rothe per hanc cartulam vendo et trado tibi Martino, Barbaincoste prenominato, qd. Lamberti, item Barbaincoste prenominati, un[am] petiam de terra, q. est campus, in l. et fin. Scheto u. d. Capannore, et tenet: unum caput in via publica, alterum in t[erra] et media fossa Burdonis et Gafori gg. qd. Ranucci, latus unum in terra et media fossa S. Martini et Guidi qd. Ceci, alterum in terra Massori qd. Sapieboni; et est per mensuram cum pert. mensurata star. XXI et medium, et si plus inventa fuerit. Recepi pretium, CLXXXVI sol. Luc.[1] monete. Pena dupli. Act. Luce. Prefatus Ildebrandinus hanc cartulam fieri rogavit. Guilielmoctus qd. Sismundelli fabri, Rugerius f. Cristofani, Belloncius qd. Cighi atque Sandone qd. alterius Cighi tt. interfuere. Guilielmus not. imp.

*Originale:* E. 5. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Guilielmus*:* Ildebrandinus obligavit se suosque heredes adversum suprascriptum Martinum eiusque heredes, ad penam V libr. arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., tam presentium quam futurorum, omni tempore de suprascripta venditione ab omni homine auctores et defensores fieri Martino suisque heredibus et cui dederint. Et Morectus qd. Oddi obligavit se suosque heredes pro suprascripto Ildebrandino, ad ipsas penas, suprascripto Martino eiusque heredibus de suprascripta venditione ab omni homine auctores et defensores tamen cum ratione fieri Martino suisque heredibus et cui dederint. Et si apparuerit eis litem vel molestiam cum ratione, quod disgomberabunt eos de lite et molestia vel emendabunt eis caput totam dannietatem, quod inde habuerint infra LX dies proximos, postquam Martinus vel sui heredes eos inquisierint.

[1] sol. Luc. *è scritto su rasura.*

1090. *Lucca, 18 Agosto 1152.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonica ęccl. S. Martini, in conspectu bonorum virorum quorum nomina inferius designantur, Rossus qd. Ildebrandi per lignum, quod sua tenuit

manu, investivit quosdam canonicos eiusdem ęccl. et canonicę, recipientes ipsam investitionem pro suprascripta ęccl. et canonica et pro ceteris omnibus canonicis confratribus illorum, eisque pepigit et convenit atque promisit, quod deinde in antea ipse vel eius heredes omni anno reddent canonicis in canonica sist. VI de grano bono et II et dimidium de milio vel de fabis, iusto sist. Luc. venditorio, et pensionem omni anno XII den. et medium Luc.; se suosque heredes obligavit, sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Preterea Rossus apprehensit Brunectum, Bastone prenomine, massarium suum de l. Parathana et misit eum in manibus suprascriptorum canonicorum, et precepit ei, ut omni anno eis redderet suprascriptum affictum et suprascriptam pensionem. Insuper iussit ei, ut daret eis sol. X Luc. propter offensionem, quam adversus predictam ęccl. et canonicam de suprascripta blava et pensione fecerat, quod sicut reddere olim debuerat non reddiderat; et Brunectus hec omnia reddere et dare, secundum quod suprascriptus dominus eius ei preceperat, promisit. Hec acta sunt coram: Maliassoro qd. Ranuccii, Conetto qd. Ermanni, Leuccio qd. Gualandi et aliis. A. MCLII, XV kal. sept., ind. XV.[1] Suprascripti homines ibi omnibus prefatis interfuerunt. Dulcis not. imp.

*Originale:* N. 84; *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v. Il Reg. A ha:* Promissio Rossi Matthafegati qd. Ildebrandi, de curte Ildebrandi, de reddendo X *(corretto da* XI*)* star. inter granum et milium et fabas de predicta terra *(cf. i regesti nn. 297, 935)* et XII den. de aliis terris per Brunectum Bastonem manentem suum de Parathana. A. Domini MCLII°.

[1] *Il passo* XV kal. sept., ind. XV *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1091. *Lucca, 5 Settembre 1152.*

A. MCLII, nonis sept., ind. I. Ego Sornacus qd. Allucii per hanc cartulam vendo et trado tibi Petro archipresb. aeccl. et canonicę S. Martini Luc. civ., ad partem eiusdem aeccl. et canonicę, omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quę habeo et mihi ullo modo pertinet, de sexta portione, vel si plus mihi pertinet, de quattuor petiis de terris suprascriptę aeccl., quę sunt campi, in l. Parathana, unde omni anno reddebam pensionem prefatę aeccl. XX den. Luc. et ego recolligebam omni anno affictum XVI star. de blava; prima est cum arboribus super se, et tenet: unum caput in via publica,[1] alterum in terra et media fossa filiorum qd. Ildebrandi et Guidi de Burgo eiusque consortis,[2] latus in terra et media fossa filii qd. Ranucini et in terra et media fossa Malestaffe, alterum in media fossatella Rolandi qd. Cristophani et in media fossa filii qd. Ra-

nucini et suprascripti Malestaffe; secunda petia est item cum arboribus super se et tenet: unum caput in via publica,[3] alterum in media fossa terrę, de qua similiter tibi omnem actionem et quicquid mihi pertinet vendo et trado, et in media fossa terrę suprascripti Guidi de Burgo eiusque consortis et in media fossa terrę suprascriptę aeccl., de qua omnem actionem et cetera, quę mihi pertinent, tibi similiter vendo et trado, latus in terra et media fossa Henrici de Suso, alterum in terra et media fossa S. Georgii[4] et S. Reparatę; tertia petia est ibidem et tenet; unum caput in media fossa suprascriptę terrę S. Martini, alterum in media fossa terrę suprascripti Guidi eiusque consortis, latus in terra eiusdem Guidi eiusque consortis et filii qd. Ranucini, alterum in media fossa Henrici de Suso; quarta petia est ibidem, et tenet: unum caput in media fossa suprascriptę terrę aeccl. S. Martini, alterum in terra et media fossa Uberti qd. Gontholini, latus in terra et media fossa suprascripti Guidi eiusque consortis et filii qd. Ranucini, alterum in terra et media fossa Rossi qd. Ildebrandi et S. Reparatę. Accepi pretium, CLX sol. Luc. den. Pena dupli et arg. libr. X. Act. Lucę, in suprascripta canonica S. Martini. S. m. Sornaci. S. m. Cimbardi f. Mencorelli, Tonsani qd. Signorecti, Villani qd. Bononis tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 52; *Regestum A, c. 24. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo*:* Preterea Sornacus, in pena consulum et treuguanorum Luc., q. erant vel fuerint, Petro archipresb. convenit atque promisit se ac suos heredes actores et defensores fieri ab omni homine de suprascripta venditione Petro eiusque successoribus et cui ipsi dederint, si lis vel molestia eis inde evenerit, et quod Sornacus prefatam sextam partem, vel si plus ei contingebat, dabit disbrigatam a tenitoribus, sicut eius consortes suas partes disbrigatas habent, suprascripto Petro. Suprascripti tt.

[1] *Il Reg. A:* in via publica, q. dicitur classo in carta offersionis, *cf. il reg. n. 180.* [2] *Il Reg. A:* et consortum [3] *Il Reg. A:* in predicta via [4] *L'orig. ha:* Georrii

1092. *Lucca, [16-22] Ottobre 1152.*

A. MCL[II], X[...] kal. nov., ind. I. Nos Gera[rdinus f. ...]onis et Maria iugalis eius et filia Ceci, mihi Marie consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Viviani et Morectini gg. qd. Gerardi propinquioribus meis, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Patho qd. Gerardi omnes casas et cassinas et terras cultas et incultas, donicatas et massaricias, mobiles et inmobiles seu se moventes, quas habemus in l. et fin. S. Ianuarii, videlicet quas tenet Opithellus da Toforo cum suis consortibus, unde reddent omni anno XXXVI star. de vino et sol. III et den. VII, et Vivianus de Morteto cum suis consortibus, unde reddent XXIV star. de vino et den. IX,

et Lanbertucius et Bertaldus da Curte cum suis consortibus, unde reddent den. VII et dimidio et II star. de vino, et Bolgarinus da Curte cum suos consortes, unde reddet VIII star. de vino, et Leporattus et Ianni, unde reddet den. IV; cum nostra portione, a partibus orientis, de prato da la Petrosa. Recepimus pretium, libr. XIII den. Luc. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Gerardinus uxori sue consensit. S. m. Viviani et Morectini, q. interfuerunt. S. m. Detifalfi f. Gottifredi, Amici qd. Ughecti, Cari f. Uberti tt. Henricus not. imp.

*Originale :* I. 164. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus : Et repromissio ad penam libr. XX arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt. et ind.

1093. *Lucca, 31 Ottobre 1152.*

A. MCLII, prid. kal. nov., ind. I. Ego Benedictus Mignonis et qd. f. Lamberti per hanc cartula vendo et trado tibi Venture qd. f. Rapaincane omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, quę habeo et mihi ullo modo pertinet, de una petia de terra, q. est campus cum duabus arboribus super se, in l. Sorbano Ępiscopi u. d. Ynsula, quam detineo per tenimentum ab ęccl. S. Reparatę, reddendo ei omni anno XIV star. de quacumque blava in ea fuerit, excepto ordeo et sagina, et tenet: ambo capita in terris S. Martini et Ildebrandini qd. Pedronis, sicut termini sunt, latus in terra Bartholomei qd. Pagani et Malanoctis qd. Paganucii et Pathi qd. Ciuffecti et Villani qd. Ugerii, sicut termini sunt ibi, alterum in terra, quam teneo a Malpilio qd. Ubaldi causidici, et in terra quam tenet Petrus. Ex hac petia, q. est cum pert. mensurata mod. I, vel si plus est, omnem actionem etc. tibi vendo et trado, reddendo tamen omni anno ęccl. S. Reparatę, sicut predictum est. Accepi pretium, sol. LXXX Luc., minus V sol.[1] Pena dupli. Act. Lucę, prope aeccl. S. Laurentii de casa filiorum qd. Iohannis diac. S. m. Benedicti. S. m. Simeonis qd. Ildebrandi, Tomasi qd. Gerardi, Blanchi qd. Tostani tt. Ugo not. imp.

*Originale :* E. 116. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo : Prefatus Benedictus, in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, pepigit et convenit Venture se suosque heredes actores et defensores fieri ab omni homine de suprascripta venditione eidem Venture eiusque heredibus et cui ipsi dederint, si lis vel molestia eis inde evenerit aut illata fuerit. Suprascripti tt.

[1] *Così l' orig. per* den. *(?)*

1094. *Lucca, 23 Dicembre 1152.*

Breve, qualiter infra Luc. civ., prope eccl. S. Marie, q. d. Rotunda, presentia bonorum hominum quorum nomina inferius

le(g)untur, Vivianus qd. Andree per vitem, quam sua tenuit manu, investivit per tenimentum et perpetuam locationem Martinum qd. Cighi de omni actione et locatione, tenimento et uso atque omni iure, quod ei aliquo modo pertinebat, de medietate de una petia de terra, q. est castanietum, in l. u. d. Canabbie et u. d. * *, quam qd. suprascriptus Cigus et qd. Bellus g. eiusdem Cighi exeppaverunt et castaneos allevaverunt. Tenet: unum caput in via, alterum cum uno latere in terra Chianielli et de nepotibus suis, alterum latus in terra Romagnuoli et Gottifredi Vegie gg. et de eorum consortibus; quatenus ipse Martinus et sui heredes ac proheredes perpetuo habeant et detineant eam reddantque Viviano suisque heredibus ac proheredibus per omnem mense ian. uno manducare et bibere onorifice, sicut olim consuetus erat reddere, duobus hominibus in suprascripto l. Magiano,[1] ad casam habitationis suprascripti Martini. Et spondit eidem Martino, si eis, sicut suprascriptum est, observatum fuerit, et ipsi retollerint eis tenimentum de prefata medietate vel aliquid superinposuerint, quod componere habet ipse Vivianus vel sui heredes aut proheredes eidem Martino vel suis heredibus aut proheredibus penam arg. libr. III. Presentia: Cantoni qd. Carbonis, Ildebrandini f. Rolandi, Niscieri et Bilinciani filii Viviani. A. MCLII, X kal. ian., ind. I. Suprascripti omnes ibi fuerunt. Guilielmus not. imp.

*Originale:* G. 174.

[1] *Così l'originale.*

1095. *1152.*

« Refutatio de eadem terra[1] a Bonfilio qd. Martini Vespe. A. Domini MCLII° ».

*Regestum A, c. 10 v.*

[1] *Cf. il reg. dell' a. 1195, desunto dal Reg. A, c. 10 v, cui si riferisce. La rubrica dice:* In eadem Selce (S. Bartholomei).

1096. *1152.*

« Refutatio[1] Mangiadoris qd. Vitalis, prenominati Mangiadore, de predicta terra.[2] A. MCLII° ».

*Regestum A, c. 36 v.*

[1] *Precede* Tenimentum *cancellato.* [2] *Cf. il reg. n. 829, cui si riferisce.*

1097. *Contesora (Lucca), 28 Dicembre 1152.*

A. MCLIII, V kal. ian., ind. I. Ego Ildebrandinus qd. Omodei per hanc cartulam vendo et trado vobis Lanberto et Rolanduccio gg. qd. Iohanni una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Nave u. d. in Darnisana, et tenet: unum caput in via

publica, alterum in terra de filiorum qd. Ubaldi, latus unum in terra Cascioli qd. Stefani, alterum in terra vestra. Est ad pert. mensurata star. * *. A te Rolanduccio, pro te et pro g. tuo, recepi meritum,[1] anulum aureum pro sol. xv Luc. Pena dupli. (Act.) in l. Contesula, prope l. u. d. Nipergo. S. m. Ild(e)brandini. S. m. Bonadon(n)e qd. * * uxor eiusdem Ildebra(n)dini. S. m. Guiducci et Sesmondelli gg. qd. Bonithi, Bifolci qd. Belli, Albonetti qd. Bonithuchi tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* B. 79. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Ildebrandinus obligavit se suosque heredes, in pena Luc. comsulum et treguanorum, q. pro tempore fueri(n)t, et sub pena c sol. Luc., adversum predictis gg. vel eorum heredibus, aut cui ipsi dederint, si ipsi abuerint aliquam litem vel molestiam aut danietate de suprascripta venditione per Bonadonna uxor Ildebrandini vel per suis heredibus, quod ipse vel suis heredibus, infra xv dies proximiores post inquisitione, disgonbrabunt ei de suprascripta lite vel molestia vel emendabunt ei totam danietatem, quantum exinde abuerit.

[1] *Le parole* recepi meritum *sono nell'interlineo.*

1098. *Lucca, 12 Gennaio 1153.*

A. MCLIII, prid. id. ian.,[1] ind. I. Nos Bellomus de Compoto et qd. Rustici atque Gratiana uxor eius, mihi Gratiane consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum aedicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi aeccl. et canonice S. Martini omne ius et actionem, derictum, usum et melioramentum atque tenimentum, quod nobis pertinet tenimento vel libellaria aut aliquo alio modo, de quinque petiis de terris, vel si plus inveniri possunt, quod nos vel aliquis pro nobis a suprascripta aeccl. detinuissemus, quę sunt in l. Massa Macinaria; prima est bosco u. d. Borcognone, et tenet: unum caput in rio, alterum in serra, latus in terra S. Martini, quam tenet Cigolus et sui consortes, alterum in terra Bornecti et suorum consortum; secunda similiter est bosco u. d. Riconca, et tenet: unum caput in via, alterum similiter in via, latus unum in terra S. Martini, quam tenet Moricondo qd. Baldicionis, alterum in terra S. Martini, quam tenet Normanninus et sui consortes; tertia similiter est bosco u. d. Albatreto, et: unum caput tenet in via, alterum in rio, latera ambo in rio; quarta est silva u. d. Pastino, quam tenet Vitalis qd. Lietori; quinta est bosco u. d. in Valle de Radicondora: caput unum tenet in terra S. Martini, quam tenet Cigolus et sui consortes, alterum in colle, latus unum in terra Guidi qd. Perghe, alterum in terra S. Martini, quam tenet Moricondus. Ab Opitho subdiac. et cammerario recepimus pretium, sol. x Luc. den. Pena dupli et consulum et treuguanorum Luc., q. pro tempore erunt. Act. Luca, intus suprascriptam canonicam S. Martini. [S.] m. iugalium, Bellomus uxori sue conse[ns]it. Manfredus iudex imp. interfui et ss.

S. m. Lamberti Crucikie et Turchii qd. Uberti Afatti tt. Rolandus not. imp.

*Originale:* O. 129; *Regestum B, c. 36.*

[1] *Il passo* prid. id. ian. *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1099. *Lucca, 20 Gennaio 1153.*

A. MCLIII, XIII kal. febr., ind. I. Nos Signorectus qd. Grilli atque Iolecta uxor eius et (filia) qd. Vitalis, mihi Iolecte consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Pieri g. mei et Brunetti propinqui mei, a quibus interrogata sum, per hanc cartulam donamus et tradimus nomine antefacti pro f. nostro Bartholomeo tibi Mabilie[1] qd. Passarini unam petiam de terra nostra, q. est ortus, in l. Nave; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra S. Mathei, latus unum in fossa S. Mathei, alterum in terra hospitalis de Colle Bertraithi; que est per mensuram star. * * . Item donamus et tradimus tibi omne ius et actionem et derictum, usu(m), melioramentum et tenimentum, quod nobis pertinet, de una petia de terra, q. est campus, in suprascripto l. Nave, quam tenemus ab eccl. S. Martini et a filiis qd. Rolandi de Carfagnana, reddendo omni anno eccl. S. Martini[2] duo star. de grano et duo de milio, et filiis qd. Rolandi v star., medietas granum et medietas fabas, et tenet: unum caput in terra S. Mathei,[3] alterum in terra et media fossa Henrighi de Solario, latus unum in terra filiorum qd. Galli, alterum in terra filiorum qd. Leccamulini et in terra et media fossa Sofreduccii;[4] et est per mensuram una cultra et quarra. Pro quibus a Lupicino qd. Pandolfi pro te recepimus meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, Signorectus uxori sue consensit et suprascripti eam interrogavere. S. m. Sesmondelli qd. Adalardi, Feminesi filius naturalis suprascripti Signorecti, Oliverii qd. Bonciolini tt. Rolandus not. imp.

*Copia del sec. XII-XIII, di* Lambertus Romani imperii iudex et not.: B. 28; *Regestum A, c. 37. Dopo la sottoscrizione del not. rog. segue:* Ista donatio et cartula ea conventione facta est, quod si suprascriptus Bartholomeus mortuus fuerit antequam Mabilia, transacto uno anno post mortem eius, et quicumque suus heres inquisitus fuerit, infra LX dies post inquisitionem, dederit Mabilie vel cui illa voluerit CCXL Luc. den., hec donatio et cartula sit inanis et vacua, et suprascripte terre ad eum, q. sic dederit, deveniant et revertantur et si ita non fecerit, deinde in antea donatio et cartula omni tempore sit firma et stabilis et suprascripte terre deveniant et fiant in potestate Mabilie, vel cui illa voluerit, faciendi inde quicquid sibi placuerit. *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* Bartholomei qd. Gerardini qd. Bartholomei qd. Signorecti.

[1] *Il Reg. A:* pro Bartholomeo *etc.* sponso predicte Mabilie [2] *Le parole:* eccl. S. Martini *sono nell'interlineo.* [3] *Il Reg. A:* S. Mathei de Nave [4] *Il Reg. A aggiunge:* Hanc (terram) tenet modo filius predicti Bartholomei de Piscaria.

1100. *Col di Fiocco (Lucca), 18 Marzo 1153.*

A. MCLIII, XV kal. apr., ind. I. Nos Marchiese qd. Boniti et Caricciola iugalis (filia) qd. Cicoli, ego Caricciola consentiente mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia de duobus parentibus meis, et sunt nomina eorum: Guidocti qd. Gerardi et Rainuccini qd. Malcanecti, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Malafronti qd. Gerardi una petia de terra, q. est vinea et oliveto, in fin. Moriano u. d. a Fontana, et tenet: unum caput in terra Brunecti qd. Boccadibui et aliquantulum in terra de filiis qd. Domenichi, alterum in rio, latus unum in terra Baldinocti et Rontini gg. qd. Gottifredi, alterum in terra Disertapani qd. Carboni. Recepi meritum, anulum aureum pro sol. L Luc. Pena dupli et arg. libr. X et sub pena episcopi, q. per tempore erit in episcopatu S. Martini, et consulum de Moriano. Act. Col di Fiocco. S. m. iugalium, Marchie(se) coniugi sue consensit. S. m. Guidocti et Rainucini propinqui parentes Caricciole, qui eam interfuerunt. S. m. Morechi et Ghiloni gg. ff. suprascripti Marchiesi et Guidolini qd. Morecti et Spinardi qd. Gerardi tt. Romanus not. imp. interfui et ss. Rainerius not. imp.

*Originale:* F. 128. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Marchiese vel eius heredes, deinc in antea, debeo reddere tibi Malafronti vel tuis heredibus omni anno per totum mense sept. una soma de bono musto, ad iusto star. currente *(segue* de Moriano *cancellato)*, predicti Malafronti *(le parole* predicti Malafronti *sono nell'interlineo e sembrano di mano coeva)*, et per totum mense febr. una libera de bono oleo, ad libera currente de Classo, tracto parato ac civ. Luca *(il passo da* de bono oleo *a* Luca *è scritto su rasura e, sembra, dalla mano coeva, di cui sopra)*.

1101. *Lucca, 25 Marzo 1153.*

A. MCLIII, VIII kal. apr., ind. I. Nos Sesmundellus qd. Martini et Bonissima iugales (filia) qd. Bonuchi, consentiente mihi Bonissime marito meo, ubi interesse videtur notitia Viviani et Fredianelli gg. nepotis mei et ff. Frediani maistri, a quibus interrogata sum secundum etdicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Lambertuccio g. meo q. supra Sesmondello nostram portionem de una petia de terra, q. est campus, in l. u. d. a Tora, prope Arsina; tenet: unum caput in simitula, alterum in rivo, latus unum in terra Angeli consobrini tui et mei Sesmundelli, alterum in terra, quam ego Sesmondellus detineo. Competit nobis medietas. Recepimus meritum, anulum aureum pro sol. XX Luc. den. Pena dupli. Act. Luce. S. m. iugalium, Sesmondellus coniugi sue consensit. Vivianus et Fredianellus ad Bonissimam interrogandam interfuerunt. S. m. Mar-

chesini Scatithe qd. Pandulfi, Chianelli qd. Morecti et Gerardi f. Lambertucci tt. Guilielmus not. imp.

*Originale:* C. 76. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Guilielmus*:* Predicti iugales obligaverunt se et eorum heredes, in pena Luc. consulum et treuguanorum, q. pro tempore fuerint, et sub pena LX sol. Luc. den., suprascripto Lambertuccio suisque heredibus, quod suprascripta venditio non erat obligata neque alienata alicui persone vel loco, quod sit dannietas Lambertuccio vel suis heredibus, aut cui ipsi dederint, et omni tempore erunt auctores et defensores.

1102. *Col di [Fiocco] (Lucca), 1 Aprile 1153.*

A. MCLIII, ipsa die kal. apr., ind. I. Nos Sithus qd. Morecti et Bonomoro qd. Uberti per hanc cartulam pingnoris nomine damus et tradimus atque obligamus tibi Malaforti qd. Gerardi una petia de terra nostra, q. est vinea et oliveto, in fin. Moriano[1] u. d. Col di Fiocco, et tenet: unum caput in via publica, aliut in terra suprascripti Malafronti, latus unum in terra Bilocchi qd. Baldiccionis et aliquantulum in terra Beni qd. Bonii, alterum in terra Guidolini qd. Morecti. A te Malafronte recepi meritum, arg. pro sol. XXX Luc. Pena dupli et arg. libr. III, et sub pena episcopi, q. pro tempore erit in episcopatu S. Martini, et consulum de Moriano. Act. Col di [Fiocco]. S. m. Siti et Bonomori. S. m. Gu(i)dolini qd. Morecti et Marchiese qd. Boniti et Ghilone f. [...] tt. [Raineri]us[2] not. imp.

*Originale:* F. 143. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Hec cartula tali [tenore facta est: si] S[i]tho et [Bo]nomoro nos abemus exoltam venditionem, que nos abemus facta[m], [... he]c cartula [s]it inanis et vacua.

[1] *L'orig. ha:* Moriono [2] *Il nome del not. si legge per intero nella corroboratio.*

1103. *22 Aprile 1153.*

« Homodeus de Arsina condam[1] Mencucci reddere tenetur annuatim Luc. capitulo unam somam et star. XVIII° vini musti in una parte, que eidem capitulo reddere consueverat, et unam somam et XV star. vini musti, ad iustum star. venditorium dicti loci, que reddebat Martellus eiusdem loci; et pro pensione in mense ian. den. XXVI, et in alia parte sol. II.[2] Manu Dulcis not. (A.) M°C°LIII°, X kal. madii ».

*Regestum B, c. 56. Cf. il reg. seguente.*

[1] *Segue* Medicuccii *cancellato.* [2] *Segue* et in alia parte *cancellato.*

1104. *22 Aprile 1153.*

« Martellus dicti loci[1] promisit reducere unam somam suprascripti vini suis expensis omni anno semper. Manu dicti not. et eodem anno et die ».

*Regestum B, c. 56.*

[1] *Cf. il reg. precedente cui si riferisce.*

1105. *Lucca, 10 Maggio 1153.*

A. MCLIII, VI id. madii, ind. I. Nos Ubertellus qd. Martini et Blanca uxor eius filia Pagani, mihi Blance consentiente viro meo, ubi interfuit notitia patris mei et Iohannis g. mei, a quibus interrogata sum secundum ȩdicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro archipresb. qd. Petri * * unam petiam de terra, q. est vinea cum arboribus super se, in l. et fin. Arsina u. d. a Toro, et tenet: unum caput in via publica, alterum in rivo, latus in terra Angeli qd. Iohannis, sicut termini ibi sunt, alterum in terra, cum tota fossa infra se, filiorum qd. Tioti. Hanc petiam de terra, quam tenet Lambertuccius qd. Martini, ad reddendum exinde omni anno unam somam de musto, iusto sist. venditorio suprascripti loci, de quo reddit unam asinatam Luce, tracto et parato, et duos capanios[1] bonos[2] inter ficus et uvam, tibi eam vendimus et tradimus. Recepimus pretium, sol. XLVIII Luc. den. Repromictimus tibi, vel cui dederis aut iudicabis, ut si nos vobis intentionaverimus et defendere non potuerimus, spondemus nos componere venditionem in duplum et penam arg. libr. V, et in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Lucȩ. S. m. iugalium, Ubertellus uxori sue consensit, et pater Blance et germanus eius ad eam interrogandam interfuerunt. S. m. Ghisalberti f. Brunecti, Martelli de Arsina, Ubertelli qd. Dominici, Homodei qd. Mencuccii tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* C. 63; *Regestum B, c. 59.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis: Post hec Ubertellus iuravit per Dei evangelia, quod suprascripta terra alodium erat, et non erat alienata vel obligata ulli persone vel loco, quod suprascripto Petro archipresb. damnietas esset, vel cui ipse dederit, aut iudicabit. Hoc totum iuravit ita esse, se sciente, coram suprascriptis tt. His peractis archipresb. dedit Lambertuccio (*Lambertuccio è nell' interlineo*) pretium, sol. X, et ipse et sui heredes debent ducere totum suprascriptum vinum, eorum expensis, excepto si eum vendiderit, quod tunc dabunt ei, vel cui dederit aut iudicabit, den. VIII. *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* De hac terra redduntur modo canonice star. IIII grani.

[1] *Corretto da* capagnoro [2] bonos *è nell' interlineo.*

1106. *Pozzeveri (Lucca), 13 Maggio 1153.*

A. MCLIII, III id. madii, ind. I. Ego Albertus qd. Pagani per hanc cartulam pro anima mea et meorum parentum remedio offero tibi eccl. S. Petri, que est constructa et edificata in l. u. d. Potheuli, omne meam portionem de quinque petiis de terra, que sunt in confinibus de Villa Basilica; prima est silva in l. u. d. a Po Selvano; que tenet: anbo capita cum uno latere in terra Brunecti qd. Lamberti Iannini, alio latere in terra Marchi de Cafagio; secunda est silva in ipso l.; quod tenet: unum

caput in terra Dinaioli qd. Lamberti, alterum in terra suprascripti Brunecti et in rivo,[1] latus unum in terra Paganucci qd. Martini, alio in Forra; tertia est silva in ipso l.; quod tenet: unum caput cum uno latere in rivo, quod d. Selvano, alterum caput in terra filiorum Stefani Bonichi et de suis consortibus, alio latere in[2] Forra; quarta[3] est silva in l. u. d. in Plano de Grabie; quod tenet: unum caput in terra Baroncelli Ballotti, alterum in terra filiorum Martini Ballotti et de filiis Martini Pape, latus unum in terra filiorum Stefani Bondi, alio in terra Brunecte qd. Adami de Cafagio. De predictis quattuor petiis competit mihi medietatem; quinta est silva in l. u. d. a Plano Rapillese; quod tenet: unum caput in terra Arighetti de Vicale et de suis consortibus, alterum in terra Ildebrandini qd. Bonfilii et de suis consortibus, latus unum in terra Delbusciati, alio in terra filiorum qd.[4] Ruberti de Scanpaulo; competit mihi tertiam portionem. Inrevocabiliter offero, ut a presenti die, tam in vita mea quam et post obitum meum, predictam mea portio sit in proprietate ipsius eccl. et potestate presbiterorum et cl., q. pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eams habendi et fruendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem predicte eccl. Pena dupli et arg. libr. v. (Act.) in suprascripto l. Potheuli. S. m. Alberti. S. m. Morecti et Bernardi gg. qd. Martini et Bucelli f. Martini et Beneacolti qd. Gerardi et Adalardi f. Cristofani tt. Toscius not. sacri pal.

*Originale:* V. 97. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Toscius: Presb. Albertus, abas de suprascripta eccl., per fustem, quem in manu tenebat, investivit per tenimentum suprascriptum Morectum et Bernardum de suprascripta portione, tali conventione, quod ipsi gg. et eorum heredes et proheredes deinceps in antea omni anno in mense dec. debent reddere pensionem quattuor sist. de castangne mollarie, a sist. venditorio currente, quod pro tempore erit in Pessoia Maiore, suprascripte eccl. eisque clericis et portare ibi, et tunc debent habere prandium, sicut ibi est paratum.

1 et in rivo *è scritto nell' interlineo.* 2 *Segue* terra *espunto.* 3 *Corretto da* quartam 4 qd. *è nell' interlineo.*

1107. *Lucca, 13 Maggio 1153.*

A. MCLIII, III id. madii, ind. I. Ego M o r e c t u s qd. Rustici per hanc cartulam vendo et trado tibi aeccl. S. Petri de l. Potheoli omne ius et actionem, derictum, usum et melioramentum atque tenimentum, quod mihi pertinet, de una petia de terra, q. est campus, in l. Lunata u. d. Aiatico, quam teneo a Toscio qd. Ugolini, et quam Toscius suprascripte aeccl. vendidit per cartulam Rolandi not. imp., et tenet: unum caput in via publica alterum in terra filiorum qd. Rolandini et suorum consortum, latus unum in terra suprascripte aeccl., alterum in terra filiorum qd.

Pagani. Recepi pretium, sol. x Luc. den. Repromitto una cum meis heredibus tibi aeccl. aut clericis vel monacis, q. ibi pro tempore fuerint, ut si nos vobis de ea in aliquo intentionaverimus et si nos vobis eam defendere non potuerimus, spondemus componere venditionem in duplum et penam consulum et treuganorum Luc., q. pro tempore erunt. Act. Luca. S. m. Morecti. S. m. Bruni qd. Columbi, Gerardini qd. Baroncelli, Gogii qd. Gerardini et Quarticioli qd. Lamberti tt. Rolandus not. imp.

*Originale:* E. 175.

1108. *1 Giugno 1153.*

« Riccardus condam Bruni et uxor vendiderunt Luc. archipresb. duas petias terrarum, q. sunt campi, in Spardacho u. d. Lungoia. Manu Dulcis not. (A.) M°C°LIII°, die kal. iun. ».

*Regestum B, c.* [illegible].

1109. *Fontana (Lucca), 11 Giugno 1153.*

A. MCLIII, III id. iun., ind. I. Ego Vivianus qd. Uberti per hanc cartulam dono et trado tibi Bonesorori g. mee omnes casas et cassinas et casalinas et terras cultas et incultas, donicatas et massaricias, quantas habeo et possideo et mihi quocumque ordine pertinent, vel causare possum, in l. et fin. Montemangno et in l. et fin. Risceturo. Tibi eas dono et trado cum omni iure et actione et melioramento, quod in eas habeo. Pena dupli. Act. Fontana, prope posterula S. Salvatoris, que d. in Muro. S. m. Viviani. S. m. Octi et Nerbotti gg. qd. Ceci, Scandalioni qd. Rolandi, Spade qd. Gerarduci, Capi f. Ardicionis tt. Ego Rolandus not. imp. veluti rogatus t. interfui et ss. Henricus not. imp.

*Originale:* C. 11. *Cfr. il reg. seguente.*

1110. *Lucca, 16 Giugno 1153.*

A. MCLIII, XVI kal. iul., ind. I. Ego Vivianus f. qd. Uberti per hanc cartulam inrevocabiliter, si de hac infirmitate mortuus fuero, dono et trado tibi Bonesorori g. mee omne ius et actione et derictum et usum et melioramentum, quantum et quale mihi pertinet, vel per ullo modo causare possum, de omnibus casis et cassinis et casalinis et terris cultis et incultis, quas habeo et detineo et possideo in l. et fin. Montemagno et in l. et fin. Risceturo, cum omnia, que habeo per alodium in suprascriptis confinibus Montemangni et Riscetori. Similiter dono et trado tibi omnes terras, quas habeo in l. et fin. Fangnano, excepto duo cultre, quas offero canonice S. Fridiani, una quarum obtulit pater meus, alia offero ego, ita tamen quod prior tribuat exinde

sol. XX S. Salvatore in Muro et sol. XX ospitali de Altopascio; et excepto terras, quas habeo in comune cum Scandalione qd. Rolandi, unde recolligitur VI star.;[1] et alias duas petiolas ibidem, ita tamen quod tu Bonasoro vel tui heredes solvatis totum debitum meum. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Viviani. S. m. Guictoni qd. Benecti, Gualandi qd. Pagani, Angeli qd. Iohannis, Martini qd. Martini, Anbroscini qd. Bonfilii, suprascripti Scandalioni qd. Rolandi tt. Henricus not. imp.

*Originale:* C. 11. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Debitum Viviani est: Lanbertucio ferrario debebat reddere libr. XV capitali, et Petro qd. Iannini sol. C, minus den. XII. Et iudicavit Nerbocto sol. C et Octo fratri suo sol. C; et in alia parte debet reddere predicto Octo sol. XL.

[1] *Il passo* unde recolligitur VI star. *è nell'interlineo.*

1111. *2 Agosto 1153.*

« Martinus qd. Arnaldi de Massagrosa (et) Dominicus congnatus eius reddere tenentur annuatim Luc. capitulo sol. III et den. II et VI libr. oley, ex venditione facta eidem capitulo a Petre[1] abbate mon. de Quiesa. Manu Dulcis not. (A.) millesimo CLIII, IIII non aug. ».

*Regestum B, c. 92.*

[1] *Così il ms.*

1112. *Lucca, 6 Agosto 1153.*

A. MCLIII, VIII id. aug., ind. I. Nos Cambio qd. Guidi [et] Tegrimuccio qd. Tegrimi per hanc cartula, ex parte Bonimini qd. Rossel[...], pro eius soror maritandi, vendimus et tradimus tibi Guido presb. eccl. S. Michaelis de l. u. d. Amiata, ad partem suprascripte eccl., una petia de terra, quod est campus, in suprascripto l. Amiato, prope suprascripta eccl.; que tenet: unum caput in via publica, aliut cum uno lato in terra suprascripte eccl., aliut latus in terra Preiti qd. Benedicti. Recepimus pretium, ex parte eccl., sol. C, minus quinque sol., Luc. den. Pena dupli et arg. libr. V et Luc. consulum et treguanorum, q. pro tempore fuerint. Act. Luca. [S. m.] Cambi et Tegrimucci, q. hanc vendictionis cartula, ex parte [Bonimini] per eius parabolam, pro soror eius maritandi, fieri rogavimus. [S. m.] [...]llo qd. Henrici et Guido qd. Ugolini, Bonsignori qd. Pagani [tt.] [Sofredus not. apostolicae Se]dis.[1]

*Originale:* L. 104.

[1] *Il nome del not. si legge nella corroboratio.*

1113. *Laterano, 26 Novembre 1153.*

Anastasius (papa). Petro archipresb. Luc. eccl. eiusque fratribus. Predecessorum nostrorum Gelasii et Eugenii vestigiis

inherentes, antiquas eccl. matricis atque rationabiles consuetudines confirmamus *etc. (come nella bolla di Gelasio II, 1118 settembre 13, cf. il reg. n. 763, e nella bolla di Eugenio III, 1150 settembre 16, cf. il reg. n. 1062, fino a* illibata permaneant, *poi)* Hec propriis duximus exprimenda vocabulis: hospitale S. Martini cum eccl. S. Alexandri, eccl. S. Thomę et eccl. S. Cristofori de Arcu; extra civ.: eccl. de Massagrosi, eccl. de Fabialla, eccl. de Gualdo, tres ecclesias de Massa Macinaria, eccl. de Villule, eccl. de Ciciana, eccl. B. Concordii iuxta Arsinam, eccl. S. Petri de Octavo, eccl. de Galleno, eccl. S. Marię de Streda, eccl. de Valle Prumaria, eccl. S. Viti de Piciorano et plebem de Sugruminio. Sepulturam quoque loci liberam esse concedimus. Dat. Laterani, per manum Rolandi S. R. Eccl. presb. card. et canc., VI kal. dec., ind. II, a. M°C°L°III°, pontif. Anastasii IIII a. I.

*Originale:* BB. 20. *Sigillo di piombo. Copia cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.:* P ✠ XI, *c. 41. Pflugk-H., Acta, III, 125, n. 119; Jaffé-L., n. 9758; Kehr, Italia Pontificia, III, 403, n. 33.*

1114. *13 Gennaio 1154.*

« Tenimentum Viviani qd. Martini Galli[1] datum a nobis de una petia prope S. Angelum u. d. Campo di Noce,[2] iuxta supradictam terram,[3] pro III star. grani et V milii; que tenet: caput in terra Tignosi qd. Guidecti, alterum in via publica, latus in terra nostra, quam tenebat Bornectus qd. Martini Romani, pro quo Baroncellus predictus, alterum in terra Viviani qd. Rustici; et debet habere commestionem unus homo tantum panis et casei et vini. A. Domini MCLIIII° ».[4]

*Regestum A, c. 36; Regestum B, c. 51.*

1 Galli *è nell' interlineo.* 2 *Il Reg. B ha:* u. d. Campo de Nuce, prope eccl. S. Angeli in Campo 3 *Cfr. il reg. n. 1193, cui si riferisce.* 4 *Mano coeva aggiunge:* Pro Viviano Gratianus de Montemagno, pro quo Guilielmus Serratore de Nave. *Il Reg. B aggiunge:* Manu Rolandi not. M°CLIIII°, id. ian.

1115. *Massarosa (Lucca), 27 Gennaio 1154.*

A. MCLIV, VI kal. febr., ind. II. Nos Signorellus qd. Giraldi et Burghese uxor suprascripti Signorelli et qd. filia Bicchignani, consentiente mihi Burghese marito meo, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis, a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro nostrarum nostrorumque parentum animarum remedio ac salute offerimus tibi ęccl. et canonicę S. Martini Luc. civ. inrevocabiliter omnes terras, quas habemus ex parte suprascripti Bicchignani patris mei Burghese et mihi ex parte eius pertinet, in l. et fin. Sclava, quas Martinus et Testa et Morettus cum eorum consortibus a nobis detinent,

unde nobis soliti sunt reddere omni anno xvi sist. de musto. Et offerimus omnes terras, quas Bosus et Gerarduccius a nobis detinent, in l. Lame, unde nobis omni anno reddent xxiv sist. de vino claro, et mihi Burghese obvenerunt ex parte patris mei. Offerimus, retento ususfructus nobis suprascriptę oblationis, donec vixerimus, vel aliquis ex nobis supervixerit; quatenus predictę terrę deinceps sint in proprietate suprascriptę ęccl. et canonicę et in potestate canonicorum rectorum, q. ibi pro tempore fuerint, habendi atque fruendi, ad eorum usum et utilitatem ęccl. et canonicę. Pena dupli. Act. in ęccl. de poio de castello de Massagrossi, qui v. Balbiana. S. m. iugalium, Signorellus coniugi suę consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Turchi qd. Lupicini, Miliani qd. Iohannis, Magnani qd. Cichi, Trullii qd. Martini, Henrichetti qd. Guittonis, Guerrisci qd. Biesci tt. Niger not. imp.

*Originale:* N. 146. *Nel* v e r s o, *da mano del sec. XII:* De Martino fuit Baldinus, de Baldino Buonus, de Buono fuit Marchesella, quam habet in uxorem modo Iohannes. De Testa fuit Bellus, de Bello Pogiana, quam habuit in uxorem Dominicus.

1116. *Lucca, 23 Febbraio 1154.*

Breve memorie, qualiter in civ. Luca, prope ęccl. et canonicam S. Martini, in conspectu: Martini, q. d. Preite Blancus, Studiati f. Viviani, Guiduccii calthorarii et aliorum, T o l o m e u s[1] qd. Ghermundi[2] dixit et guarentavit atque firmavit, quod ipse tenuerat unam petiam de terra, q. (est) ortus cum arboribus, in l. prope S. Angelum, qui d. in Campo, que est quarta pars unius modioris, sicut inferius continetur, que est suprascripte ęccl. et canonice; et confessus fuit, quod exinde suprascripte eccl. et canonice offenderat et multis temporibus transitis nichil de ea reddiderat. Ideo, timore Dei commotus, pro suprascripta offensione suprascriptam terram in manu Petri archipresb. et aliorum canonicorum refutavit et reddidit et se suosque heredes obligavit, sub pena libr. x arg., quod ipsi ullo tempore non litigabunt neque molestabunt de suprascripta terra suprascriptam ęccl. et canonicam, et guarentavit quod ipse terram in parte sua receperat, sic eam reddidit, salva ratione canonice; quod si canonici aliquod ius requirere voluerint super possessionem et hereditatem suprascripti Tolomei, quod requirant et hoc nichil eis impediat. Predicta terra tenet: unum caput in terra et media fossa suprascripte ęccl. et canonice, alterum in terra suprascripti Tolomei, cum media fossa, latus in terra Partis qd. Lamberti, sicut termini sunt, alterum in terra Cecii tintoris, quam a suprascripto Tolomeo emit.

Insuper Tolomeus dixit et guarentavit, quod decima domus sue de suprascripta ęccl. et canonica antiquitus fuerat, et exinde offenderat. Et dixit et promisit quod daret suam decimam, donec vixerit, canonice, et quod voluntas eius sic erat, ut quicumque ei succederet, quod daret semper suam decimam suprascripte eccl. et canonice. Unde archipresb. cum canonicis pro posse suprascriptam offensionem ei perdonaverunt, coram suprascriptis hominibus. A. MCLIV, VII kal. mar., ind. II. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp., precepto Tolomei, hec publicis litteris designavi.

*Originale:* G. 158; *Regestum* A, *c. 36 v; Reg. B, c. 51.*

[1] *Il Reg. A:* Refutatio Tolomei qd. Germondi fratris Morecti qd. Ughi, q. reddebat nobis VI star. grani et VI milii *etc. E aggiunge:* Hanc terram credo esse medietatem illius terre, quam Morectus frater predicti Germondi detinebat a nobis, unde reddebat VI star. grani et VI (milii?) de ipsa tota. *Nel margine poi, da mano coeva:* Hec terra est quam tenuit Benedictus Calcagni.
[2] *Il Reg. B:* Gremundi

**1117.** *Lucca, 20 Marzo 1154.*

A. MCLIV, XIII kal. apr., ind. II. Nos Biancus qd. Stefani et Purpure iugal[es] eius et filia qd. [C]ose, michi Purpuri consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Henrici iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam inrevocabiliter pro animarum nostrarum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Marie de l. Pontetecto decem et septem petias de terris in l. et fin. Plothano; prima, cum casa, d. Colle di Ghetho; secunda et tertia d. Scecciale; quarta, vinea, d. Ferrale; quinta, vinea, d. Fontechie; sexta, cum arboribus, d. A[qua?]bona; septima, vinea et bosco, d. Penna: octava, vinea, d. Olmo; nona, silva, d. Pothoro; decima et undecima, silve et canpo, sunt in pede di Scecciale; duodecima, silva, d. Terra Rossora; tertiadecima, silva, d. Valle Scura; quartadecima, silva, d. Valle dal Ponte; quintadecima, silva, d. Valle di Lavachio; sextadecima d. Colle da Vecule, et est vinea cum olivis, unde recolligimus omni anno uno star. de grano; septimadecima d. Piedimon[te] de l. Offiano, quam tenet Brunectus da Colle, unde reddet nobis omni anno den. III. Offerimus, quatenus a presenti die, [ta]m in vita nostra quam et post hobitum nostrum, suprascriptas terras sint in proprietate eccl. et mon. et potestatem abbatisse, q. ibi [pro tempore] fuerit et in ea officium Deo fecerit, eas habendi et fr[uendi, ad] utilitatem eccl. et mon. Et si nos vel nostri heredes tibi eccl. vel abbatisse et moniale, que ibi per tempora fuerint, offersionem intentionaverimus et eam non defensaverimus, spondemus componere offersionem in dupplum et

penam arg. libr. v. Act. Luca. S. m. iugalium, Biancus uxori sue consensit. S. (m.) Uberti Baratelle et Paganucci f. eius et Malavolte qd. Rustici tt. Henricus not. imp.

*Originale:* S. 19. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Insuper suprascripti iugales inrevocabiliter obtulerunt [suprascripte] eccl. et mon. sol. c Luc. pro remedio animarum (suarum).

1118. *Presso la chiesa di S. Bartolomeo (Lucca), 19 Aprile 1154.*

Breve recordationis, qualiter prope eccl. et mon. S. Bartholomei, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Ioannellus f. qd. Iohannis per fustem, quem in sua detinebat manu, investivit et promisit in manu Guidi prioris suprascripti mon., quod deinde in antea omni anno reddere habet ipse et eius heredes Guido vel eius successoribus XXII star. de grano et VIII de fave et VI de milio, ad star. quod ipse prior tenet affictale, de una petia de terra, q. est canpus cum arboribus, pertinentem mon., in l. Selce, ad latus de terra de filio qd. Villani Scarpella, quam ipse per tenimentum tenet ab eo; et quod nullo tempore vendent nec pignorabunt nec ullo modo obligabunt predictam terram nec melioramentum, quod habent ibi vel habueri(n)t, nisi predicto priori vel eius successoribus, vel sine eorum parabolam et licentiam. Hec observabit ipse et eius heredes, ad penam libr. v arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Et ipse (Guido) investivit eum de suprascripta terra et perdonavit ei omnia, que usque nunc ei offenderat de suprascripta terra. Presentia: Angeli qd. Martini Dannagi, Guidocti qd. Viviani, Lanbertucci qd. Cosini. A. MCLIV, XIII kal. madii, ind. II. Suprascripti homines ibi fuerunt. Henricus not. imp.

*Originale:* F. 158.

1119. *Pozzeveri (Lucca), 13 Maggio 1154.*

A. MCLIV, III id. madii, ind. I.[1] Ego Morectus qd. Martini per hanc cartulam pro anima mea et meorum parentum remedio offero tibi eccl. S. Petri, que est constructa in l. u. d. Potheuli, meam portionem de duabus petiis de terris, q. sunt silve, in confinibus de Villa Basilica, in l. u. d. a Ri(o) Selvano; prima tenet: unum caput cum uno lato in suprascripto rivo, alterum caput in terra filiorum Stefani Bonichi et de suis consortibus, alio latere in Forra; secunda est in ipso l., quod tenet: unum caput in terra Dinaioli qd. Lamberti, alterum in terra Brunecti qd. Lanberti Iannini et in suprascripto rivo, latus unum in terra Paganucci qd. Martini, alio in Forra. Competit mihi medie-

tatem. Inrevocabiliter offero, ut a presenti die, tam in vita mea quam post obitum meum, predicta mea portio sit in proprietate ipsius eccl. et potestate presbiterorum et clericorum, q. pro tempore in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eam habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem predicte eccl. Pena dupli et arg. libr. III. Act. in suprascripto l. Potheuli. S. m. Morecti. S. m. Bucelli f. Martini et Beneakolti qd. Gerardi et Adalardi f. Cristofani et Guillielmi qd. Rustici et Bernardi g. suprascripti Morecti[2] qd. Martini. tt. Toscius not. sacri pal.

*Originale:* V. 98. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Toscius: Presb. Albertus abas de suprascripta eccl. per fustem, quem in sua manu tenebat, investivit per tenimentum suprascriptum Morectum de suprascripta portione, in tali conventione, quod deinceps in antea Morectus pro anima sua et patris sui et aliorum parentum suorum et sui heredes et proheredes persolverint exinde pensionem omni anno in mense dec. unum sist. de bone castangne mollarie, a sist. currente venditorio quod pro tempore erit in Pesscia Maiore, et portare suprascripte eccl. cum aliis castaneis, quas dat pro anima Alberti, sicut in cartula scriptum est per manum suprascripti Toscii not., sicut in ea continetur; et quando portaverit castaneas, debebit habere prandium, sicut est paratum ibi.

[1] *Nel maggio 1154 correva l'ind. greca II. L'ind. corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1153); cf. il reg. n. 1106 e anche il n. 1107.* [2] suprascripti Morecti *è scritto nell'interlineo.*

1120. *Lucca, 29 Maggio 1154.*

A. MCLIV, IV kal. iun., ind. II. Nos Guilielminus qd. Morecti et Alvisa eius uxor qd. filia Guibertini, consentiente mihi Alvisae viro meo, interveniente mihi notitia Martini f. Boni et Uberti qd. Uberti Zetoarę propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Guido presb. aeccl. S. Mariae de Rocca de Mothano, ad partem eiusdem aeccl., omnes casas et terras atque res cultas et incultas, donicatas et massaricias, mobiles atque inmobiles, quas emimus a Ranucino et Buoso gg. qd. Vitalis et Matilda eorum matre et qd. f. Blancardi, et nobis aliquo modo pertinent, per alodium vel per tenimentum seu alio aliquo modo, in l. et fin. Domethano et in l. prope u. d. Rio Vangario et in l. Octavo et in l. u. d. Castagna Gatture et in eorum fin. Has casas et terras atque res, de quibusdam quarum omni anno reddere soliti sumus aeccl. S. Martini XV den. Luc., una cum omni iure et actione, nobis exinde pertinente, tibi, ad partem aeccl. S. Mariae, vendimus et tradimus. Accepimus pretium, CC sol. Luc. den. Repromittimus una cum nostris heredibus tibi Guido tuisque heredibus, ut si nos vobis in aliquod intentionaverimus et si non defenderimus, spondemus componere, ad partem aeccl.

S. Mariae, venditionem in duplum et penam arg. libr. x, sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Lucę. S. m. iugalium, Guilielminus uxori suę consensit. Martinus et Ubertus propinquiores Alvisę ad interrogandum eam interfuerunt. S. m. Ildebrandini qd. Griffi, Lanfranchi qd. Lei, Blanchi qd. Petri tt. Ugo not. imp.

*Originale:* M. 8.

1121. *Lucca, 10 Giugno 1154.*

A. MCLIV, IV id. iun., ind. II. Nos Rossus qd. Ildebrandi et Savere eius uxor et filia Gottifredi Barbabelle, consentiente mihi viro meo, interveniente mihi notitia patris mei et Aldigherii f. eius g. mei, a quibus interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro archipresb. ęccl. S. Martini Luc. civ. unam petiam de terra cum casa et rebus massariciis super se in l. et fin. Arsinę u. d. in Prato et regitur per Lambertum massarium, una cum omnibus terris cultis et incultis alicubi ad eam pertinentibus, unde ipse Lambertus omni anno reddit XXI star. de musto et XXVI den. Luc. et unam operam et dimidiam vel unum den. et dimidium et unam gallinam et unum capagnorum de ficubus; et omnes terras cultas et incultas, quas a nobis tenet Stephanus de Canneto, in l. et fin. Arsinę, unde omni anno reddit VIII star. de musto et v den. et medium; et omnes terras cultas et incultas, quas a nobis tenet Signoricus in eodem l. et fin. Arsinę, reddendo omni anno IV den. et medium; et omnes terras cultas et incultas, quas a nobis tenent filii qd. Homodei de Colle, in eodem l. et fin. Arsinę, reddendo omni anno unam ladistagnam. Accepimus pretium, CL sol. Luc. Repromittimus una cum nostris heredibus tibi tuisque successoribus, ut si nos vobis intentionaverimus et si non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum et penam arg. libr. x. Act. Lucę, in ęccl. S. Michaelis Advocat[orum]. S. m. iugalium, Rossus uxori suę consensit. Gottifredus et Aldigherius ad interrogandam Saverem interfuerunt. S. m. Simeonis g. suprascripti Rossi, Viviani qd. Pagani, Studiati et Petri filiorum eius tt. Ugo not. imp.

*Originale:* C. 54; *Regestum B, c. 55.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Prefati iugales, in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, convenerunt et promiserunt Petro archipresb., se suosque heredes [et prohe]red[es] defensores fieri ab omni homine de suprascripta venditione eidem Petro eiusque successoribus et cui ipsi dederint, si lis vel molestia eis illata fuerit. Suprascripti tt. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* De isto Lamberto massario fuit Beccus, cui successit Dominicus gener Stephani. *Cf. il reg. n. 1130.*

1122. *Lucca, 13 Giugno 1154.*

A. MCLIV, id. iun., ind. II. Nos Gotifredus et Malchericus gg. qd. Alberti medici per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Malefronti qd. Gerardi Bordelle duas petias de terris, q. sunt vinee, in l. Vurno u. d. in fundo Vecchiarese; una tenet: unum caput in terra de filiis qd. Tiethi da Vico Vecchio et in terra de filiis qd. Bernardi de Vigna, alterum in terra ospitalis S. Petri Maioris et in terra de abadia de Cantignano, latus unum in terra Morectini di Vacquine et in terra iamdicti ospitalis et filiorum qd. Bernardi di Vigna, alterum in terra de filio qd. Henrici qd. Sifredi et nepotis sui et de plebe de Vurno; altera petia tenet: unum caput cum uno lato in terra predicte abadie, alterum caput in terra suprascripti f. qd. Henrici et nepotis sui et in terra de filiis qd. Henrici nepotis Saracini, alterum latus in terra predicti Morectini di Vacquine. Predictas duas petias, q. sunt per mensuram star. IX, vel si plus invenitur, tibi vendimus et tradimus pro pretio LXXX sol. Luc. den. Pena dupli. Act. Lucę. S. m. gg. S. m. Rolandinisci qd. Ildebrandi, Albonecti qd. Mori di Castello et Herniosi qd. Guidi Rogalbene tt. Ciprianus not. imp.

*Originale:* P. 131.

1123. *Lucca, 23 Luglio 1154.*

A. MCLIV, X kal. aug., ind. II. Nos Brunus et Ubaldus gg. qd. Henrici et Ubilana mater predictorum gg. relicta qd. suprascripti Henrici et Melodia iugalis suprascripti Bruni et filia qd. Sofredi et Gasdia iugalis suprascripti Ubaldi et filia qd. Ricci, michi Ubilane consentientibus gg. ff. et mundualdis meis et nobis Melodie et Gasdie consentientibus maritis nostris, ubi interfuit notitia Henrici iudicis imp., a quo inter(ro)gate sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto[1] abb. ęccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., unam petiam de terra, q. est canpus, prope eccl. et plebe S. Pauli; que tenet: unum caput in terra eccl. S. Angeli ad Forum, aliut in terra eccl. S. Reparate, latera anbo in terra suprascripte eccl. S. Petri. Hanc petiam de terra, q. est ad pert. mensuratoria star. XVI et scalas III, et si plus inventa fuerit, tibi eam vendimus et tradimus. A te recepimus pretium, libr. XI den. Luc. expendibilium. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium, et Ubilane, suprascripti gg. matri eorum et uxoribus suorum consenserunt. Henricus iudex imp. interfui et ss. S. m. Rugeroni qd.

Baroncionis, Borgongni qd. Viviani, Ardicioni qd. Malisarti tt. Henricus not. imp.

*Originale:* H. 10. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et repromissio, ad penam libr. xx arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt. et ind.

[1] Alberto *è nell' interlineo.*

1124. *23 Luglio 1154.*

« Gerardus et Ubaldus gg. qd. Raynerii obtulerunt Deo et canonice S. Martini tres partes de duabus casis et massaritiis et terris omnibus, que laborantur per Boctricum et Blancum de Milliano, de plebe Yricis, et terras omnes, quas habebat in Montigiano, et quas tenent Mondiactus et Ramondinus cum eorum consortibus, et terras omnes, q. sunt in l. Linare, quas tenent Guilielmus et filii Lunielli et Bonicus et Beccuscius cum eorum consortibus; quas terras de Montigiano dicti gg. tenebant ab ipsa canonica; ut de ipsa oblatione continetur manu Guinigii not. (A.) MCLIIII, x kal. aug. ».

*Regestum B, c. 93 v.*

1125. *Lucca, 18 Agosto 1154.*

A. MCLIV, XV kal. sept., ind. II. Ego Vitalis qd. Brunicardi et Mateldina uxor eius, mihi Mateldine consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Bonfilii patris mei et Cristofani g. mei, a quibus interrogata sum secundum aedicti paginam, ambo per hanc cartulam commutationis nomine damus et tradimus tibi canonice S. Martini unam petiam de terra, q. est ortale, in l. Vico Sulari u. d. Bolatico, et tenet: unum caput in via publica et in terra nostra, quam nobis reservamus, alterum in terra filiorum qd. Rolandi Preiti et in terra Ughetti de Burgo,[1] latus unum in terra Tancredi, alterum in terra suprascripti Tancredi et aliquantulum in terra nostra, quam nobis reservamus.[2] Est per mensuram star. XV, una scala minus. Pro quibus a suprascripta canonica recepimus unam petiam de terra, q. est campus, in suprascripto l. Vico, prope Modium; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra * *, latus unum in terra Guidocti qd. Denaioli et in terra et media fossa Benecti qd. Calcinventri,[3] alterum in terra suprascripte canonice, sicut signatum est. Pena dupli et consulum et treuguanorum Luc., q. pro tempore erunt. Act. Luca. S. m. iugalium et suprascriptorum, q. ad eam interrogandam fuerunt.

S. m. Riccardi qd. Brunecti, Lutterii qd. Albertini, Nicole qd. Iohannis tt. Rolandus not. imp.

*Originale*: P. 136; *Regestum A, c. 5 v.*

1 *Il passo* et in terra Ughetti de Burgo *è nell'interlineo. Il Reg. A ha:* Ugotti 2 *Il Reg. A aggiunge:* De qua reddit nobis predictus Vitalis. Et nota, quod hec terra est pars illius terre, quam supra obtulit Geberga in Isula *(cf. il reg. n. 356)*, que coheret illi, de qua supra recipimus per libellum VI star. grani et VI milii a Signorello; *cf. il reg. n. 694.* 3 *Il Reg. A ha:* in terra Benedicti Calcinve(n)tri, quam, ut credo, detinet a nobis, ut supra dicitur; *cf. il reg. n. 694.*

1126. *Lucca, 1 Settembre 1154.*

A. MCLIV, in die kal. setenbrium, ind. II. Nos Martinus qd. Lamberti et Bonadonna mulier eius et (filia) qd. Antoni, consentientes mihi Bonadonna vir meus, ubi interesse videtur notitia Henrici iudici(s) imp., a co interrogata sum secundum hedicti paginam, per hanc cartula vendimus et tradimus tibi Raineri qd. Guidi unam petiam de terra[1] et campus in l. Sceto, prope eccl. S. Iohannis; que tenet: unum caput in via publica, alterum in terra filiorum qd. Ranucci, latus unum in terra et dimidia fossa Massi Malfave, alterum in terra S. Martini et in terra Guidi qd. Ceci. Recepimus pretium, sol. CC Luc. den. Pena dupli et arg. libr. X et Luc. consulum et treguanorum, q. pro tempore fuerint. Act. Luca. S. m. iugales, Martinus coniuge sue consensit. Henricus iudex imp. interfui et ss.[2] S. m. Grugni f. suprascripti Henrici iudicis. Sofredi qd. Buoni et Sinibaldi qd. Martini tt. Et suprascriptus Martinus et sui heredibus ac proheredibus debent reddere affictum de suprascripta terra suprascripti Raineri vel sui heredibus ac proheredibus omni anno, ad casam habitationis sue, in civ. Luca, in mense a(u)g., X star. de bono grano et V de bone fabe et in mense setenbris V star. de bono milio, tota blava ad iusto star. de civ. Luca, de Classo, venditorio, quale modo est; et quando recaverit blava, debent habere manicare: et si Martinus vel sui heredibus ac proheredibus relinquerint terra, aut si eam peiorasse(nt), debent dare suprascripti Raineri vel sui heredibus ac proheredibus sol. LX Luc. den. Hec omnia observare promisit Martino pro se et pro sui heredibus ac proheredibus super Luc. consulum et treguanorum et super X libr. arg. et relinquere suprascriptam terram in pace. Sofredus not. apostolicae Sedis.

*Originale*: E. 26.

1 *Seguono le parole* cum capanna super se *cassate.* 2 Henricus *si sottoscrisse dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1127. *Lucca, 23 Novembre 1154.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu: Turchii qd. Lupicini iudicis, Guidocti f.

Homodei, Leuccii qd. Gualandi et aliorum, Leo et Albertus presbiteri ęccl. S. Concordii, ex parte ipsius ęccl., per anulum aureum, quem suis tenuerunt manibus, investierunt dominum Ubaldum cardinalem, vice suprascripte ęccl. et canonicę S. Martini, et se suosque successores obligaverunt et convenerunt ac promiserunt, quod ipsi vel eorum successores deinde in antea omni anno die festivitatis s. Almundi darent canonicis et canonicę B. Martini refectionem, secundum solitum morem, vel quod ipsi vel eorum successores canonicis omni anno, infra octo proximos dies post s. Almundi festivitatem, darent sol. VIII Luc. pro refectione, si necessitate coacti fuerint quod refectionem eis dare non possint. Prefatus Ubaldus sic voluit et suprascriptis presbiteris sic observare precepit, ideo quia canonicos annuatim sic recepturos longi temporis consuetudine cognoverat. Preterea quibusdam canonicorum, q. presentes erant, dixit, quatenus suprascriptos VIII sol., causa misericordię, reciperent, si refectionem eis dare suprascripti presb. vel eorum successores necessitate non possent. Coram suprascriptis hominibus. A. MCLIV, IX kal. dec., ind. III. Suprascripti homines ibi interfuerunt, ut dictum est. Dulcis not. imp.

*Originale:* M. 174; *Regestum B, c. 67.* *Cf. Kehr, Italia Pontificia, III, 404, n. *35.*

1128. *Lucca, 27 Novembre 1154.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus ęccl. Sancti Sentii,[1] in conspectu bonorum hominum nomina quorum inferius continentur, Rolandus causidicus de Octavo, Ubertinus Rossus qd. Martini, Bottorus qd. * * Luc. causarum consules, ex parte suprascripte civ., per lignum, quod suis manibus tenebant, investierunt Malliacotthum missum eorum eique preceperunt, quatenus corporaliter in possessionem mitteret Turchium qd. Lupicini iudicis advocatum ęccl. et canonicę S. Martini, vice suprascripte canonice, de una petia de terra, q. est suprascripte eccl. et canonice, quam tenebat Ventura qd. Gregorii, que est in l. Verciano, pro XL sist. de blava, medietate granum et medietate milium, que de suprascripta terra debebat hoc modo: ipse quidem tenuerat suprascripte canonice in duobus annis XXVIII sist. de blava de suprascripta terra. Post hec consules dixerunt, ut de primo anno[2] daret de tribus sist. quattuor sist. et de secundo anno de duobus sist. tria sist. Eo modo eum in possessionem mitteret. Si Ventura aliqua die, deinde ad unum proximum annum, veniret et conveniens pignus in manibus Luc. causarum consulum de suprascripta terra ad iustitiam faciendam daret, datis prius XL sist. de blava

suprascripte canonice pro XXVIII sist., que prius debebat, et datis prius XLIX den. pro suprascriptorum consulum dato et VI den. pro huius brevis scriptura et IV den. pro suprascripto misso, quod hec investitio nichil ei noceret; sin autem per eorum parabolam[3] canonica terram possideat et Ventura requirat. Coram: Gottefredo Pascio, Tinioso qd. Leolini, Casciolo qd. * * et aliis. A. MCLIV, V kal. dec., ind. III. Suprascripti homines suprascriptis omnibus interfuerunt. Post hec Malliacothus per quamdam glebam suprascripte terre misit in possessionem et tenere Turchium, vice suprascripte canonice, de suprascripta terra, secundum consulum preceptum; quod si Ventura ut dictum est non faceret, quatenus canonica utatur commodo possessoris et ille gravetur honere petitoris. Dulcis not. imp.

*Originale:* O. 165; *Regestum A, c. 29 v e c. 42. Il Reg. A a c. 42:* Que tenuta modo non valet. *Poi da mano coeva:* De qua recolligimus modo XX star. grani et XX milii a Bonaventura de Ponte Verciani.

[1] *L'orig. ha:* Sentie [2] anno *è nell'interlineo.* [3] eorum parabolam *è scritto su rasura.*

1129. *1154.*

« Laudamentum de predicta terra[1] de Valle, scilicet de decem et octo star. inter eccl. S. Martini et Bonianni qd. Ubertelli; per quod condepnatus est predictus Bonianni, ut de predictis decem et octo star. terre redderet in perpetuum duo star. grani et eius heredes in mense aug. Si autem hoc totum non observaret, perderet predictam terram, nec inde litem vel molestiam ulterius prefate canonice faceret. A. Domini MCLIIII. Dulcis not. ».[2]

*Regestum A, c. 13.*

[1] *Cf. il reg. n. 274, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* Pro Boniain)ni Ticius qd. Tolomei, pro quo Rusticius, pro quo Benecturus de Sorbano I star. grani et alterum star. Beneveni qd. predicti Rusticci.

1130. *26 Dicembre 1154.*

« Simeon qd. Ildebrandi[1] et Iuncta eius uxor vendiderunt domino Petro archipresb. unam petiam terre positam in Arsina u. d. Prato, quam tenere consuevit Sismundellus cum aliis terris, unde annuatim reddere consuevit idem Sismundellus star. XXI vini musti, ad star. affictale, et unam gallinam et unam operam et duos den. et unum capangnorum uvarum vel ficuum. Item et alias terras, quas tenere consueverunt filii qd. Homodei in Arsina, de quibus annuatim reddere consueverunt unam spallam de porco. Item et omnes terras, quas tenere consuevit Martellus, que sunt ibidem, unde annuatim reddere consuevit den. quactuor et dimidium. Item et omnes terras quas[2] detinent Ci-

colus et Pingnorus, que sunt ibidem, de quibus reddere consueverunt sol. duos et star. VIII musti. Manu Dulcis not. (A.) MCLV°, VII° kal. ianuarii ».

*Regestum B, c. 55. Cf. il reg. n. 1121.*

1 *Il ms. ha:* Ildebrandri 2 *Segue* a nobis *espunto.*

1131. *Fibbialla, 19 Gennaio 1155.*

A. MCLV, XIV kal. febr., ind. III. Ego Iulettina qd. Bendonis, consentientibus michi Martino qd. Vitalis et Sesmundello qd. Iohannis meis mundualdis, in quorum mundio videor esse, per hanc cartulam do et trado in dotem tibi Gratiano qd. Iohannis omnia, que michi ex parte patris mei pertinent, et ipse michi reliquit, sive in civ. Pisana, sive in confinio plebis S. Macharii, ubicumque habere vel possidere videor, tam casas quam terras [c]ultas et incultas, tam servos quam ancillas, quatenus te vivente habeas et possideas. Pro quibus recepi duas petias de terris pro antifaito, que sunt prope civ. Luc. u. d. Coda Prati. Pena dupli. Act. in l., qui v. Febialla. S. m. Iulittine. S. m. mundualdorum, q. Iulettine consenserunt. S. m. Fabiani qd. Tagiani et Morecti qd. Andree,[1] Uberti qd. Petri et Iohannis qd. Gerardi tt. Bolgarinus not. s. atque apostolice Sedis.

*Originale:* D. 125.

1 *Le parole* et Morecti qd. Andree *sono scritte nell' interlineo.*

1132. *Chiesa di S. Giusto, 20 Gennaio 1155.*

A. MCLV, XIII kal. febr., ind. III. Manifestus sum ego Vitali qd. Gerardi, quia tu Malafronte qd. Gerardi per cartula libell. nom. ac censum etperexolv. dedisti mihi novem star. de campo da pars orientis in una petia de terra[1] mea,[2] q. est campo, in fin. Moriano u. d. Pectole, et tenet: unum caput cum uno latere in terra Guidocti g. meo, aliut caput in via publica, aliut latus in terra Ranuccini nepote meo. Dare videor, ut ad modum in mea Vitali vel de meis heredibus ac proheredibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Tibi vel ad tuos heredes ac proheredes per singulo anno per totum mense aug. reddere debeamus sext. de bono grano sicco, ad iusto star. currente de Classo, tratto parato ad abitationis domus Malafronti, ubicumque erit. Pena: arg. libr. XX et sub pena episcopi, q. per tempore erit in episcopatu S. Martini. Duo libelli. Act. intus eccl. S. Iusti. S. m. Vitali. S. m. Guidolini qd. Morecti et Paganetti qd. Hughi et Gerardus qd. Bo[t]dori tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* F. 142. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Segue* nostra *cassato.* 2 mea *è nell' interlineo.*

1133. *Chiesa di S. Giusto, 20 Gennaio 1155.*

A. MCLV, XIII kal. febr., ind. III. Nos Vitali qd. Gerardi et Sorella iugalis (filia) qd. Bonfilii, ego Sorella consentiente mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia de duobus parentibus meis, et sunt nomina eorum: Bilinciani consubrino meo f. qd. Lamberti et Guicciardi nepote meo f. qd. Eldibrandori, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Malafronti qd. Gerardi noven star. de campo da pars orientis in una petia de terra, q. est campo, in fin. Moriano u. d. Pectole, et tenet: unum caput in via publica, aliut in terra Guidocti g. meo cum uno latere, alterum latus in terra Ranuccini nepote meo f. Malcanecti. Recepi meritum, arg. a te pro sol. LV Luc. Pena dupli et arg. libr. II et sub pena episcopi, q. per tempore erit in episcopatu S. Martini. Act. intus eccl. S. Iusti. S. m. iugalium, Vita[lis] coniugi sue consensit. S. m. Bilinciani et Guicciardi propinqui parentes Sorelle interfuerunt. S. m. Guidolini qd. Morecti et Paganetti f. Ughi et Gerardus qd. Botdori et Gerardinus f. ipsius Vitali tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* E. 110. *Cf. il reg. precedente.*

1134. *Canonica di S. Martino (Lucca), 25 Gennaio 1155.*

A. MCLV, VIII kal. febr., ind. III. Manifestus sum ego Corsus f. qd. Ildebrandini, quia vos Lotterius presb. et can. atque camerarius eccl. et canonice S. Martini et Romeus subdiac. et can. atque camerarius sacristie suprascripte canonice per hanc cartulam libell. nom. ad censum perexolv. dedistis mihi unam petiam de terra, pertinentes suprascripte canonice, q. esse videtur in burgo, qui d. Valleprumaria; que tenet: unum caput in strada, aliut in terra S. Martini de suprascripto loco, latus unum in terra eccl. et canonice, quam tenet per feudum Serandellus qd. Martini, aliut in terra suprascripte canonice, quam tenet Amicus qd. Albertini. Mihi eam pro vobis et pro omnibus aliis vestris confratribus canonicis dedistis, ut (de)inceps in antea in mea et de meis heredibus ac proheredibus sit potestatem eam abendi et fruendi. Per singulos annos in mense ian. reddere debeamus, ad suprascripta canonica, den. VI Luc. Pena: arg. libr. X. Duo libelli. Act. in suprascripta canonica. S. m. Corsi. S. m. Sofredi g. suprascripti Corsi, Martini qd. Bianchi, Iohannis qd. Cicoli, Gerardi qd. Vitalis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* D. 151. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Corsus dedit servitio sol. v predictis canonicis pro suprascripta libellaria acquirenda. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* In Valle Primaria, *e da mano del sec. XIII:* De isto Corso fuit quidam nomine Ventura qd.

Vincenti de Valpromaio, *e d'altra mano del sec. XIII:* De Amico qd. Albertini Vicinus, de Vicino Valprimaio, qui reddit den. x de ipsa terra, quam habet, iuxta terram predicti Serandelli, cum aliis terris.

1135. *23 Marzo 1155.*

« Refutatio Blanci qd. Lamberti[1] Bondonni canonice S. Martini de una petia terre de S. Angelo in Campo, quam detinebat a S. Martino; que tenet: (caput) cum uno latere in terra S. Martini, alterum caput in terra quam detinet Dominicus Spico et Armannus eius f. a S. Martino, alterum latus in terra Lutterii qd. Baroncionis. A. Domini MCLV ».[2]

*Regestum A, c. 35 v; Regestum B, c. 50 v.*

[1] Lamberti *è nell'interlineo.* [2] *Il ms. aggiunge:* Hec terra est pars illarum quattuor cultrarum, q. date fuerunt per libellum Rustico qd. Bonichi et Iohanni *(cf. il reg. n. 772).* De predicto Rustico Lambertus, q. refutavit supra partem predicte terre; de Iohanne fuit Amicus et Corsus. *Il Reg. B ha:* Manu Soffredi not. (A.) M°C°LV°, x kal. apr.

1136. *Lucca, 28 Marzo 1155.*

A. MCLV, v kal. apr., ind. III. Nos Riprovatus qd. Bonfilii et Bonasoro iugales et filia qd. Baldini, consentiente mihi Bonasoro viro meo, ubi interesse videtur notitia Guilielmi qd. Gerardi patruo meo et Tosci qd. Bruni primo consenbrino meo, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto qd. Andrie nostram portionem, q. est medietatem, de omni actione, locatione et tenimentum[1] et usu atque omne ius, quod nobis aliquo modo pertinent de una petia de terra cum casa super se et curte insimul in l. et fin. Massa Macinaia, in l. u. d. Vergaio; que nobis obvenit ex parte Baldini patris mei Bonasoro et soceri mei Riprovato; et tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latus in terra Oddolini qd. Iohanni, alterum latus in terra et media cludenda et dimidie colunne de casa Guictoni qd. Buoni. Vendimus et tradimus, ita tamen, ut tu deinceps in antea et tui herede et cui vos dederitis, debeatis exinde reddere omni anno eccl. et canonice S. Martini pensionem unum den. Luc. Pro te recepimus meritum, anulum aureum a Oddolino qd. Iohanni pro sol. XLIV Luc. Pena dupli et arg. libr. III. Act. Luce. S. m. iugalium. S. m. Amici qd. Pieri, Carboni qd. Iohanni, Viviani qd. Guidi tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* O. 39. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* Venditio Riprovati qd. Bonfilii Albertino patri Geminiani et Ciabatti.

[1] *Il passo* omni actione, locatione et tenimentum *è su rasura.*

1137. *Lucca, 10 Aprile 1155.*

A. MCLV, IV id. apr., ind. III. Nos Lambertuccius qd. Martini et Guilia uxor eius qd. filia Iohannis, consentiente mihi Guilie viro meo, ubi interfuit notitia Henrici iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Argento archipresb. qd. Petri[1] duas petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Arsina u. d. a Tora; prima tenet: unum caput in rio, alterum in terra et media fossa Angeli qd. Iohannis, latus cum tota fossa infra se in terra suprascripti Angeli, alterum in terra Ildebrandini f. Malastaffe et fratrum eius, sicut terminata est; secunda tenet: unum caput in terra et media fossa suprascripti Angeli, alterum cum tota fossa infra se in terra Benefeci qd. Ruspillii, latus cum tota fossa infra se in terra suprascripti Angeli, alterum in terra suprascripti Benefeci. Recepimus pretium, sol. LXIV Luc. den. Repromictimus una cum nostris heredibus tibi vel cui dederis aut iudicaberis, ut si nos vobis in aliquod intentionaverimus et si non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum (et) penam arg. libr. III et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. iugalium, Lambertuccius uxori sue consensit. S. m. Brunecti qd. Guarnerii, Lupicini qd. Pandulfi, Leuccii qd. Gualandi et suprascripti Benefeci tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* C. 100. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* De isto Lambertuccio, qui vendidit nobis *(sic)*, fuit Beccus manens noster; pro quo modo Dominicus gener Stephani.

[1] Petri *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1138. *Roma, 16 Aprile 1155.*

Adrianus (papa). Petro archipresb. Luc. eccl. eiusque fratribus. Predecessorum nostrorum Gelasii, Eugenii et Anastasii vestigiis inherentes, antiquas eccl. matricis consuetudines confirmamus *etc. (come nella bolla di Gelasio II, 1118 settembre 13; cf. il reg. n. 763 fino a* duci temptetur, *poi)* Civ. vestrę clerici et qui in suburbiis sunt solitas obedientias, videlicet ad crisma conficiendum, baptisma celebrandum, in letaniis *etc. (come nella bolla stessa fino a* privare iudicio, *poi)* Caritativa ciborum beneficia, que ab episcopis vestris, sive presentes sive absentes fuerint, vel ab aliis clericis de civ. Luc. et eius burgis in sollemnioribus festis consuevistis accipere, sicut in refectorio fratrum S. Fridiani, quos non minus aliquibus eiusdem civ. clericis religiosos fore credimus, actenus suscepistis; sic tam in eorundem fratrum refectorio, quam in refectorio S. Pontiani et aliarum eccl. exhi-

beri, et vobis vestrisque posteris precipimus illibata servari. Possessiones *etc. (come nella bolla di Eugenio III, 1150 settembre 16; cf. il reg. n. 1062, poi)* Hec prop(r)iis duximus exprimenda vocabulis: hospitale S. Martini cum eccl. S. Alexandri, eccl. S. Stephani de curtae S. Martini, eccl. S. Cristofori, quicquid habetis in eccl. S. Iusti, eccl. S. Thomę; extra civ.: eccl. de Massagrosi, eccl. de Gualdo, eccl. de Fabialla, eccl. de Valleprumaria, tres ecclesias de Massa Macinaria, eccl. de Villule, eccl. de Ciciana, eccl. S. Concordii iuxta Arsinam, eccl. S. Petri de Octavo, eccl. de Galleno, in plebe de Cerreto eccl. S. Marię de Streda et eccl. de Corliano, eccl. de Nechia, eccl. S. Viti de Picciorano, et plebem de Sugruminio cum omnibus capellis suis; in civ.: eccl. S. Anastasii; decimas reddituum, qui de Luc. curia episcopo proveniunt; sepulturam quoque *etc. (come nella bolla di Anastasio IV, 1153, novembre 26; cf. il reg. n. 1113).* Dat. Romę, apud S. Petrum, per manum Rolandi S. R. Eccl. presb. card. et canc., XVI kal. mai., ind. III, a. M°C°L°V, pontif. Adriani IV a. I.

*Originale:* BB. 6. *Sigillo di piombo, perduto. Copia cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.:* P ✠ XI, *c. 134. Pflugk-H.,* Acta, *III, 164, n. 153; Jaffé-L., n. 10028; Kehr, Italia Pontificia, III, 404, n. 36.*

1139. *Lucca, 1 Agosto 1155.*

Breve memorię presentium et preteritorum atque futurorum temporum, qualiter infra Luc. civ., in domo filiorum qd. Angeli Varvassoris, in conspectu bonorum virorum nomina quorum in subiectis continentur, ego M a l r e g u l a t u s cl. qd. suprascripti Angeli f., iturus Ierosolimam pro meorum delictorum indulgentia, inter ceteras mearum rerum dispositiones et ordinationes volo et iudico, si decessero antequam revertar ab Ierosolima, quatinus heredes mei omni anno die festivitatis s. Agnelli pro anniversario meo et pro animę meę salute tribuant canonicis aeccl. et canonicę S. Martini Luc. episcopatus, de orto meo in l. Pulia, duos sol. Luc. den. in piscibus sive in carne. Si mei heredes sic, ut predictum est, omni anno non fecerint, volo et iudico, ut sint compposituri prefatis canonicis penam arg. libr. III. Hoc act. est in conspectu: Gottifredi qd. Conradi et Luttringhi eius nepotis et qd. Lutterii, Simeonis qd. Ildebrandi et Mingoti g. suprascripti Malregulati. A. MCLV, die kal. aug., ind. III. Suprascripti homines ibi fuerunt. Ugo not. imp.[1]

*Originale:* P. 27; *Regestum A, c. 16. Il Reg. A ha:* Malegulato *(sic), e aggiunge:* Cuius frater fuit Mingothus, q. predictum iudicium confirmavit. Modo vero de eodem orto recipimus sol. IIII a filiis Enrici Tangrandis de S. Cristoforo.

1 *Segue il reg. n. 1153.*

1140. *1155.*

« Laudamentum inter canonicam S. Martini et Moreccium qd. Gerardini de via, q. est inter ortum predicti Moreccii[1] et predictum ortum nostrum,[2] a parte orientis, quam ampla debeat esse et quod non debent facere foveam ex utraque parte vie, que obsit carraricie; et quedam alia continentur ibi. A. Domini MCLV ».

*Regestum A*, c. 27.

[1] *Cf. il reg. n. 1253, cui si riferisce.* [2] *Cf. i regesti nn. 543, 544, ai quali si riferisce.*

1141. *Lucca, 31 Dicembre 1155.*

Breve recordationis, qualiter in civ. Luca, presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur, Gilius qd. Gratiani et Palma iugalis eius, consentiente sibi marito suo, per vitem, quem in suis detinebant manibus, investierunt per tenimentum Rubertinum qd. Petri Olive de una petia de terra cum arboribus, que esse videtur prope Ponte Marchionis; que tenet: unum caput in terra, quam tenet Ruffalo Gallo et Grillus, aliut in terra suprascriptorum iugalium, quam sibi reservaverunt, latus unum in terra S. Pontiani, aliut in terra Rossi qd. Henrici; que est per mensura una cultra et media, et si plus inventa fuerit; quatenus deinde in antea ipse et sui heredes et proheredes habeant et teneant suprascriptam terram, ad reddendum omni anno in mense aug. eisdem iugalibus et eorum heredibus ac proheredibus, ad casa habitationis eorum, VI star. de bono grano et VI de bone fave et VII de bono milio sicco, ad iusto star. Luc. venditorio, quale per tempora (currerit); et si non potuerit dare milium in mense aug., debeat dare per totum mense sept. Insuper suprascripti iugales promiserunt Rubertino, quod nec ipsis nec eorum heredes ac proheredes non tollent suprascripta terra Rubertino vel eius heredibus ac proheredibus, sub pena libr. V arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Et Rubertinus, ad suprascripta pena et insuper ad perdendum terra cum omni iure et melioramentum, quod in ea habuerit, convenit, quod omni anno reddent suprascriptum affictum. Presentia: Parenti g. suprascripti Gilii, Pandulfini qd. Ughi, Ardicioni qd. Malisarti, Catorni qd. Angeli. A. MCLVI, prid. kal. ian., ind. IV. Suprascripti homines ibi fuerunt. Henricus not. imp.

*Originale*: B. 86.

1142. *Pozzeveri (Lucca), 15 Febbraio 1156.*

A. MCLVI, XV kal. mar., ind. IV. Ego Lucardinus f. Iunii conversi, quia tu Albertus abb. de mon. S. Petri de Putheuli dedisti mihi pretium, sol. III den., propter(e)a, mihi consensi patre meo, et pro anime mee remedio vel parentum meorum, per hanc cartulam repromitto tibi, quod ego vel mei heredes non habemus ullo modo agere vel causare seu molestare seu litem facere tibi vel tuis successoribus rectoribus mon., aut cui vos dederitis, nulla de aqueductum seu rivum et goram, quam mon. usque nunc solitus est habere super unam petiam de terra mea, ad opus de molendina mon., que sunt in Piscia Minore et u. d. a Terme; et promitto super eadem petia de terra, q. d. a Cerreto, a terra que detinent filii qd. Ubertelli de Cafaio, usque ad terram quam detinent filiis qd. Sardinelli, ubicumque melius fuerit utilitatem predicte molendina habere aqueductum vel rivum et goram, do et concedo habere omni tempore. Si ego vel mei heredes hec corrumpere presu(m)pserimus et defensores ab omni homine non erimus, spondeo una cum meis heredibus componere penam sol. C et ut suprascriptum est firmiter permaneat, sub suprascripta pena, ad opus potestatis eius terre. Act. Putheuli, iuxta[1] predicto mon. S. m. Lucardini. S. m. Girondi qd. Ingiti et Ardicioni qd. Petri et Cicoli qd. Martini tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* X. 45.

[1] *L'orig. ha:* iuxto

1143. *Graticiola, 22 Febbraio 1156.*

A. MCLVI, VIII kal. mar., ind. IV. Ego Caruccius qd. Bectusci per hanc cartulam dono et trado tibi Benfaite filie Benecti tertiam portionem de omnibus ex omnibus casis et cassinis seu casalinis simulque terris et rebus meis cultis et incultis, donicatis et massariciis, mobilibus et inmobilibus seu se moventibus, quas modo habeo et detineo, vel in antea acquisiero. A te recepi launechil meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. in l. Graticiola. S. m. Carucci. S. m. Bertraimi qd. Gerardi, Preiti qd. Iohannici, Brunecti qd. Marinelli, Vallisciani f. Vitali, Baratori qd. suprascripti Bectusci tt. Henricus not. imp.

*Originale:* O. 127. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et repromissio, ad penam libr. X arg. Suprascripti tt. et ind. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* De Massa Macinaria.

1144. *Lucca, 21 Marzo 1156.*

A. MCLVI, XII kal. apr., ind. IV. Ego Bona qd. Pagani, consentiente mihi Toscanello g. et mundualdo meo, per hanc cartu-

lam in dotem dono et trado tibi Leo qd. Gualandi meam portionem, q. est octava portio, de una petia de terra, q. est canpus, in l. prope Fossa Tachi; que tenet: unum caput in via publica, aliut in terra Saulli qd. Gerardini, latera anbo in terra Gerardini Boccacionta. Est octava portio a partibus orientis. A te recepi launechil meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Bone, Toscanellus ei consensit. S. m. Ranuccini qd. Singnorecti, Thanpi qd. Petri, Pallie et Petri gg. qd. Lieti tt. Henricus not. imp.

*Originale:* P. 157. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Bona, consensu suprascripti mundualdi sui, pacta est Leo, ut si ipsa mortua fuerit antequam Leo, ut ipse lucretur totam suprascriptam dotem, sive liberos habuerit sive non. Conventum pro sol. XX Luc. den., sicut usus est.

1145. *Lucca, 30 Marzo 1156.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, R o l a n d u s, prenomine Piscettus, qd. Donnadei et G e r a r d u c c i u s eius f., eidem Gerarduccio patre suo consentiente, per fustem, quem suis manibus tenebant, investierunt Petrum archipresb. suprascripte eccl. et canonicę, recipientem ipsam investitionem pro ipsa ęccl. et canonica, eique finem et refutationem et perdonationem fecerunt de omni actione et usu atque iure, que habebant et requirere vel causare poterant de omnibus terris, quas ipsi a suprascripta ęccl. et canonica detinebant, in l. Capannore. Terre sunt hec: medietas unius petie, q. est campus cum arboribus super se, u. d. Diserticcia; que est per mensuram cum pert. mensurata mod. unum et sist. II, vel si plus invenitur; quam medietatem tenet Angelus qd. Gerardini Guillii; et medietas alterius petie, q. est iuxta eam, et est campus cum arboribus super se, que est per mensuram cum suprascripta pert. mod. III,[1] vel si plus inventa fuerit; quam medietatem detinet Collus qd. Signorecti.[2] Pena: CD sol. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Preterea Rolandus confessus fuit, quod de suprascriptis terris ęccl. et canonicę offenderat et solitam pensionem iniuste quattuor annis tenuerat, que est XL den. per annum. Post hec canonici suprascriptam pensionem (et) offensionem eis perdonaverunt. Coram Turchio advocato suprascriptę canonicę et coram suprascriptis: Collo et Angelo et aliis. A. MCLVI, III kal. apr., ind. IV. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp.

*Originale:* R. 130*; Regestum A, c. 20; Regestum B, c. 12 v. Nel* *v e r s o* *della carta, da mano del sec. XIII:* Homodeus qd. Rubertini, Iacobus Silimanni,

Iacobus qd. Bonaventure qd. Salomonis, eccl. S. Quirici, Iacobus tintor et frater qd. Ansolini, Bonifatius qd. Guidi Bonifatii qd. Montonini qui omnes sunt de Capannore.

[1] *Il Reg. A:* cultre III [2] *Il Reg. A:* quam detinebat Collus qd. Signorecti, de quo fuit Rolandus. De predictis terris redduntur nobis modo sol. VI et den. VIII a quibusdam de Capannore.

1146. *Lucca, 8 Aprile 1156.*

A. MCLVI, VI id. apr., ind. IV. Ego Tignosus qd. Lieti Brache per hanc cartulam vendo et trado tibi Bonfilio custodi et rectori hospitalis S. Martini, quod est situm in civ. Luca, iuxta pusterulam q. d. filiorum qd. Ferolfi, ad partem eiusdem hospitalis, quinque portiones de toto allevamento de arboribus et vitibus, quod pater meus habuit, super una petia de terra suprascripti hospitalis, quę est campus, in l. Turingo; et tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra et media fossa Tatti, alterum latus in terra suprascripti hospitalis. Quinque portiones, una cum omni actione omnique iure, quod mihi pertinet de suprascripta terra, q. est cultra una, tibi vendo et trado. Accepi pretium, XX sol. Luc. den. Pena dupli. Act. Lucę, in suprascripto hospitale. S. m. Tignosi. S. m. Malagonnelle qd. Ughi, Antelminelli qd. Antelmini, Bernarducii qd. Rainolfi, Cighi qd. Petri tt. Ugo not. imp.

*Originale:* H. 132. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Tignosus, in pena consulum et treuguanorum Luc., q. sunt vel fuerint, Bonfilio pepigit atque convenit se ac suos heredes actores et defensores fieri ab omni homine de suprascripta venditione eidem Bonfilio eiusque successoribus et cui ipsi dederint, si lis vel molestia eis inde illata fuerit. Suprascripti tt. et datale.

1147. *Villa Basilica (Lucca), 13 Maggio 1156.*

A. MCLVI, III id. madii, ind. IV. Nos Arighettus et Ugolinus gg. qd. Lieti per hanc cartulam pro animabus nostris et pro anima presb. Bruni, q. fuit plebanus de plebe S. Marie de Villa Basilica et noster g., et pro animabus nostrorum parentum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri, que est constructa et edificata in l. u. d. Potheuli, duas petias de terris, q. sunt silve, in confinibus de suprascripta Villa, quas detinet a nobis per tenimentum Vitali qd. Omodei da la Frantoia, unde solitus est reddere nobis pensionem omni anno in mense nov. vel dec. VI star. de bone castangne mollarie optime, scelte, a star. curente venditorio de Pisscia Maiore, sicut nunc est currente, vel si maius fuerit, et si suprascriptum star. venditorio de Pesscia in aliquo tempore minuerit, Vitali et sui heredes debent dare suprascriptos VI star. a stareo Ubertelli Cichi de Tario vel a simile

stareo. Prima petia est in l. u. d. Fronti; quod tenet: unum caput in terra Busciantiga et in terra suprascripti Vitali, alterum in terra predicti Vitali et de suis consortibus, latus unum in terra Lieti qd. Rustici et Carucci qd. Uberti et Morecci qd. Guillielmini Conti et suprascripti Vitali, alterum in terra suprascripti Morecci et Guiciardi qd. Lieti Duomuri; secunda petia est in l. u. d. Mandrie; quod tenet: unum caput in terra suprascripti Vitali et de suis consortibus, alterum in terra Gemnarina, latus unum in terra[1] Brunecti qd. Iannini et Fralmucci qd. Carboni et Villani qd. Urselli et Bentivengne qd. Guidi et eorum consortibus, alterum in terra Romanelli qd. Bruni et de suis consortibus et suprascripti Fralmucci et Brunecti. Has duas petias, sicut ibi singna vel termini positi sunt, tibi eccl. inrevocabiliter offerimus, ut a presenti die, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, sint in proprietate ipsius eccl. et potesstate presb. et cl., q. in predicta eccl. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem predicte eccl. Pena dupli et arg. libr. x. (Act.) intus canonica de plebe S. Marie de suprascripta Villa. S. m. Arighetti et Ugolini. S. m. Blanci et Lanberti gg. ff. suprascripti Arighetti, et Gatti f. Grassi et Preitelli qd. Morectini et Arighi qd. Iohanni et Ildebranducci qd. Villani et Bonomi f. Brunelli et suprascripti Vitali qd. Omodei tt. Toscius not. sacri pal.

*Originale:* V. 99. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Toscius: Predicti gg., in presentia suprascriptorum tesstium, posuerunt in logo pingno suprascripte eccl. omnes terras, quas Villanus qd. Tosscanelli et Bernardus qd. Rolandi et Romanellus qd. Bruni de Duomo detinent per tenimentum ab eis, unde reddunt omni anno iv denarios pensionem, et omnes terras quas filii Galliecti de Duomo detinet ab eis, unde reddet omni anno eis pensionem unum den. et medium et omnes terras, quas Ildebrandus qd. Petrucci da Capornano detinet ab eis, unde redet eis omni anno pensionem unum den. Pingnum tali conventione positum est: Si uxores Arighetti et Ugolini vel eorum eredes fecerint litem vel molesstiam aut minuaverint suprascriptas terras de offertione, unde suprascripta eccl. vel eius clerici abeant aliquam damnietatem, eccl. et cl. habeant suprascriptum logo pingnum, ad faciendum quod voluerint.

[1] in terra *è nell' interlineo.*

1148. *Palmata (Lucca), 4 Luglio 1156.*

A. MCLVI, IV non. iul., ind. IV. Ego Biamcus qd. Martini per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri, quod (est) situm in l. Porcari u. d. Potheule, ad partem mon., omne ius et actionem et locationem, usum et derictum et melioramentum, quod mihi pertinere videtur de omnibus terris et rebus cultis et incultis, mobilibus et immobilibus seu se moventibus, que abeo modo per tenimentum a mon. in l. et fin.

Palmatula et in eius fin. Recepi meritum, arg., a Iohanne cammerario, pro sol. xxv. Pena dupli. Act. Palmatula. S. m. Biamchi. S. m. Amici qd. Benati, Moroni qd. Boncecti, Rolandini qd. Riccardi tt. Romanus not. imp.

*Originale:* X. 1. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus: Biamcus et sui heredes debent reddere de predicta venditione omni anno per (to)tum mensem febr. libr. olei III, iusta libr. suprascripti loci venditoria.

1149. *(Pozzeveri?, Lucca), 16 Luglio 1156.*

A. MCLVI, XVII kal. aug., ind. IV. Nos Paganellus et Stantius et Ciprianus gg. ff. qd. Albonecti per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio vel parentum nostrorum offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri de Putheuli duos petiis de terris, que sunt silva, in plebe S. Ianuarii, unum petium est[1] prope castello, que d. Casale, et u. d. Fossa Ceca, et tene: uno capo in via publica, alterum in terra q. fuit Lungnanese, latus unum in terra de filiis qd. Guilielmini, alio in terra de nepotibus qd. Ceci; secundum petium est in l. u. d. Botria, et tene: uno capo cum uno latere in terra Cipriani qd. Baronci, alio capo in terra Guiduci qd. Villani, [alio] lato in terra de filiis qd. Bonfilii de Platha. Offerimus, quatinus et presenti die, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, in predicta [eccl. et m]on. sit proprietate et potestate domini Alberti abb. suisque successoribus et presbiterorum (et) cl., (q.) in predicta [eccl.] ordinati fuerint et in ea officium Deo fecerint, eas abendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem. Pena dupli et sol. L Luc. den. Act. intus casa de predicto mon. S. m. Paganelli et Stanthori et Cipriani. S. m. Guilielmi qd. Rustici et Magarini f. Pilosi et Brunecti qd. Milonni tt. Gla[ndulfu]s [no]t. regis.[2]

*Originale:* L. 6. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Glandulfus: In presentia suprascriptorum testium; suprascripti gg. receperunt per tenimentum suprascriptis duos petiis a predicto abbate et obligaverunt se et sui heredes persolvere omni anno pensionem vel afficto una libra de bono oleo ad rectoribus mon. sine fraude, qua libra currerit in plebe S. Ianuarii, et si ita non persolverint omni anno, obligaverunt se et sui heredes derelinquere tenimentum et componere penam sol. xx. Predictus Paganellus et Stantius et Ciprianus rogaverunt predictum dominum Albertum et inquisi[verunt?] eum *(?)* (et) dixerunt, quod volebant se monachare ad eorum mortem, et abbas dixit: Si Deus permitterit, quod ita fiat, rationabiliter re[...]mus *(?)* et promisit per sui fratris orare pro eorum anime et officium Deo facere, sicut ad fratres ipsius mon.; quapropter [...] predicti gg. iudicaverunt pro eorum anime in predicto mon. per unumquemque de ipsis ad eorum mortem sol. x, et [...] pro eorum anime, ut suprascriptum est.

[1] *L'orig. ha:* ex [2] *Il nome del not. si legge per intero nella* *corroboratio.*

1150. *Lucca, 4 Ottobre 1156.*

A. MCLVI, IV non. oct., ind. V. Nos Guidus et Gerardus gg. qd. Ricci et Filioccia mater predictorum gg. relicta qd. suprascripti Ricci et filia Gerardi et Ghisla iugalis suprascripti Guidi et filia qd. Maloncontri et Contessa iugalis suprascripti Gerardi et filia qd. Ughecti, mihi Filioccie consentientibus suprascriptis ff. et mundualdis meis et nobis Ghisle et Contesse consentientibus maritis nostris, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogatae sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abb. eccl. et mon. S. Petri de Potheuli, ad opus eiusdem eccl., nostram portionem de omnibus terris in l. et fin. Palmatura, quas tenent Coselus qd. Manganucci et Cillius qd. Bonomi et Biancus qd. Martini et Brunectus qd. Lupiincanna et Mencucius qd. Amici et Lupicinus qd. Cicoli di Capanna et Angelus qd. Bonfilii et Mencucius qd. Vitori; et ego Tedesca relicta qd. Franceschi et filia qd. Vitalis, michi consentiente Ranuccino g. et mundualdo meo, pro me, et nos qui supra Guidus et Gerardus et suprascriptus Ranuccinus qd. Vitalis et Salamone qd. Rolandi causidicis tutores Ubaldi pupilli qd. suprascripti Franceschi, pro suprascripto Ubaldo et pro eius utilitatem, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi suprascripto Alberto similem portionem suprascriptorum iugalium et Filioccie, que fuit qd. suprascripti Franceschi et mea qui supra Tedesca, vel a nobis fuit detenta, de omnibus suprascriptis terris, unde omni anno suprascripti tenitores soliti sunt redde(re) nobis iugalibus et Filioccie et suprascripti Franceschi uno carro et octo star. de musto et de[n.?] XLII Lucensium et albergaria ad tres homines et duo caballi mane et sero. Recepimus pretium, libr. XI et sol. XII, medietatem nobis iugalibus et Filioccie et alia medietas Tedesche et suprascriptis tutoribus pro suprascripto pupillo et ad eius utilitatem. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium et Filioccie et Tedesche et Ranuccini et Salamoni, suprascripti gg. Filioccie matri et mundualde eorum consenserunt, Ranuccinus Tedesche germane et mundualde eius consensit. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Allucci qd. Opiti, Rolandi qd. Riccardi, Turchi qd. Martignani, Pugnecti qd. Martini et Henrici f. eius tt. Henricus not. imp.

*Originale:* V. 55. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et insuper nos omnes promittimus et obligamus nos et nostros heredes omnia suprascripta observare tibi Alberto et tuis successoribus et cui vos dederitis, ad penam libr. XX arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. sunt vel erunt. Suprascripti tt. et ind. *Cf. il reg. seguente.*

1151. *Lucca, 4 Ottobre 1156.*

A. MCLVI, IV non. oct., ind. V. Nos Guidus et Gerardus gg. qd. Ricci et Filioccia mater predictorum gg. relicta qd. suprascripti Ricci et filia Gerardi et Ghisla iugalis suprascripti Guidi et filia qd. Maloncontri et Contessa iugalis suprascripti Gerardi et filia qd. Ughecti, mihi Filioccie consentientibus suprascriptis ff. et mundualdis meis et nobis Ghisle et Contesse consentientibus maritis nostris, ubi interfuit notitia Manfredi iudicis imp., a quo interrogate sumus secundum edicti paginam, per hanc cartulam loco pignoris damus et tradimus atque obligamus tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli nostram portionem, q. est medietas, de tribus casis et terris et rebus massariciis in l. et fin. Palmatura, que reguntur per Bonaldo qd. Antonielli et per Lanbertucium qd. suprascripti Antonielli et per Guarnierium generum Stefanelli massariis, in eas residentibus; et cum ea que detinuit qd. Rossus, unde reddent nobis omni anno sol. IV et albergaria. Pena dupli. Act. Luca. S. m. iugalium et Filioccie, suprascripti gg. matri et mundualde eorum et suprascriptarum uxoribus suorum consenserunt. Manfredus iudex imp. interfui et ss. S. m. Allucci qd. Opiti, Rolandi qd. Riccardi, Turchi qd. Martignani, Pugnecti qd. Martini et Henrici f. eius tt. Henricus not. imp.

*Originale:* V. 53. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Ista cartula tali pacto facta est: Si Ubaldus pupillus qd. Franceschi venerit ad completam etatem XVIII annorum, quod infra XXX diebus proximioribus post inquisitionem faciemus ei facere cartula in persona suprascripti Alberti abatis vel de eius successoribus, in laude eorum iudicis et not., de sua portione de omnibus terris q. sunt in l. et fin. Palmatura, quas tenet Cosellus qd. Manganucci et Cilius qd. Bonomi et Biancus qd. Martini et Brunectus qd. Lupiincanna et Mencucius qd. Amici et Lupicinus qd. Cicoli de Capanna et Angelus qd. Bonfilii et Mencucius qd. Vitori, quas tibi Alberto hodie nos et Tedesca relicta qd. Franceschi mater Ubaldi et Ranuccinus qd. Vitali et Salamonne qd. Rolandi causidicis tutores Ubaldi pupilli vendidimus, ad opus eccl. et mon. S. Petri, per cartula Henrici not. imp.; quod si hec fecerimus, hec cartula pignoris sit inanis et vacua; vel si ita non fecerimus et antea suprascriptus abbas vel eius successores de suprascriptis terris venditis dannum habuerit et non emendaverimus ipsam danietatem caput tantum infra XXX diebus proximioribus post inquisitionem, quod deinde in antea ipse abbas vel eius successores aut cui ipsi dederint, de suprascriptam portionem de tribus casis et terris et rebus habeatis potestatem vendendi et pignorandi et faciendi quicquid vobis placuerit. Insuper obligamus nos et nostros herèdes omnia suprascripta observare, ad penam libr. X arg., et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel erunt. Suprascripti tt. et ind. *Cf. il reg. precedente.*

1152. *Lucca, 11 Ottobre 1156.*

A. MCLVI, V id. oct., ind. V. Nos Antelminellus qd. Antelmini et Ugolinus[1] qd. Gottefredi per hanc cartulam pro

remedio ac salute anime qd. suprascripti Gottefredi offerimus tibi eccl. et canonice S. Martini, quę est infra Luc. civ. constructa, unam petiam de terra nostra, q. est campus, in l. Tassignano u. d. Signatico, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra ęccl. S. Stefani de suprascripto l., latus in terra suprascripte ęccl. S. Martini, alterum in terra nepotum qd. Mingarde. Hanc petiam pro remedio ac salute anime Gottefredi offerimus, partim vero pro sol. x Luc. monete, quos exinde ego Ugolinus recepi; ut a presenti die, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum, suprascripta terra sit in proprietate ipsius ęccl. et canonice et in potestate presb. et cler. canonicorum, q. ibi ad Dei officium faciendum ordinati fuerint, habendi atque fruendi, ad eorum usum et ęccl. et canonice utilitatem. Pena dupli et arg. libr. v et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. Antelminelli et Ugolini. S. m. Rugerii qd. Guidi, Monachi f. Brunecti Tacconis, Cancellarii qd. Guiscardi tt. Turchius advocatus canonice interfuit. Dulcis not. imp.[2]

*Originale:* D. 14; *Regestum A, c. 19*; *Regestum B, c. 14.*

[1] *Il Reg. A:* Ugolino Scaffa qd. Gottifredi [2] *Il Reg. A aggiunge:* De hac (terra) debent reddere filii Antelminelli III star. grani, ut in rotulo dicitur.

1153. *29 Dicembre 1156.*

A.[1] autem MCLVII, IV kal. ian., ind. v, in ęccl. S. Martini, prefatus Mingotho prefatum iudicatum, quod Malregulatus cl. fecit pro anniversario suo et pro animę suę salute duorum sol. de suprascripto orto, ut predictum est, ratum et firmum habuit atque confirmavit sine omni tenore, et ut non liceat ei ullo tempore illud revocare. Coram Henrico Pancię, Altimario qd. Gottifredi, Bonattino medico et me q. supra Ugone not., q. hęc scripsi. Sed prefatus ortus tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et media fossa Boneguide, latus in terra et media fossa S. Marię et in terra filiorum qd. Ildebrandi, alterum in terra filii qd. Martini Varvassoris.

*Originale:* P. 27.

[1] *Così prosegue il reg. n. 1139. La carta fu scritta tutta in un sol tempo.*

1154. *Lucca, 30 Dicembre 1156.*

A. MCLVII, III kal. ian., ind. v. Ego Picchius f. Baldinelli, mihi patre meo consentiente, per hanc cartulam vendo et trado tibi Strappe g. meo omne ius et actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, que mihi ullo modo pertinent, de mea portione, q. est fere sexta portio, de

una petia de terra, q. est campus, u. d. Lamaseuli; quę tenet: unum caput in via publica, alterum in aqua, q. d. Esciora, latus in terra filiorum Mandine, alterum in terra Martignoli; unde omni anno reddere solebam duo star. inter granum et milium, minus octavam partem unius sist. et hoc filiis qd. Pagani. Recepi pretium, sol. xx Luc. Pena dupli, insuper in pena consulum et treuguanorum Luc. Act. Luce. S. m. Picchii, pater eius ei consensit. S. m. Tassignani f. Henrighetti, Brunecti qd. Saracini, Tasche qd. * * tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* P. 148.

1155. *Palmata (Lucca), 30 Gennaio 1157.*

A. MCLVII, III kal. febr., ind. v. Ego Luppicino qd. Ciculi per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri, quod est situm in l. Porcari u. d. Potheule, omne ius et actionem, usum et derictum et melioramentum atque ius, quod mihi pertinere videtur de omnibus terris et rebus cultis et incultis et quales et quantas a mon. detineo in l. et fin. Palmatula et in eius fin. Recepi meritum, arg., a Iohanne cammerario, pro sol. VIII et medium. Pena dupli. Act. Palmatula, intus canonica. S. m. Luppicini. S. m. Rubertini f. Rodolfini, Rolandini qd. Riccardi, Matholi f. Rodolfini tt. Romanus not. imp.

*Originale:* V. 53. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Luppicinus et sui heredes ac proheredibus debent dare omni anno pro suprascripta venditione ad mon. u. d. Potheule una libr. olei, iusta libr. olei suprascripti loci venditoria, qualis pro tempore erit, per totum mensem ian. Missus debet abere manicare.

1156. *Palmata (Lucca), 30 Gennaio 1157.*

A. MCLVII, III kal. febr., ind. v. Nos Gratianus et Angelo gg. qd. Bonfilii per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri, quod est constructum in l. Porcari u. d. Potheule, ad partem mon., omne ius et actionem, tenimentum, usum et derictum et melioramentum atque omne ius, quod nobis pertinere videtur de omnibus terris et rebus cultis et incultis, quantas et quales a mon. detinemus in l. et fin. Palmatule et in eius fin. Recepi meritum, arg., a Iohanne cammerario pro te abati, pro sol. XXV. Pena dupli. Act. Palmatula, intus canonica. S. m. gg.[1]

*Originale:* X. 10. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Suprascripti gg. et sui heredes hac proheredibus debent reddere omni anno ad mon. ad Potheule per totum mensem ian. tres libr. olei, iusta libr. suprascripti loci venditoria, qualis pro tempore erit; et missus debet abere manicare, quando portat oleum.

1 *Segue come nel reg. precedente.*

1157. *Palmata (Lucca), 30 Gennaio 1157.*

A. MCLVII, III kal. febr., ind. V. Ego Morone qd. Boncecti per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri, quod est situm im confinibus Porcari u. d. Potheule, ad partem mon. omne ius,[1] quod mihi pertinere videtur de omnibus terris et rebus,[1] quantas a mon. detineo in l. et fin. Palmatula et in eius fin. Recepi meritum, arg., a Iohanne cammerario, pro sol. XXV et medium pro te abate. Pena dupli. Act. Palmatula, intus canonica. S. m. Moroni.[2]

*Originale:* X. 11. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Morone et sui heredes hac proheredibus debent reddere omni anno ad mon. per totum mensem ian. tres libr. olei, iusta libr. suprascripti loci venditoria, qualis pro tempore erit *(il passo* qualis pro tempore erit *è nell'interlineo)*, ad mon.; et missus, q. portat oleum, debet abere manicare.

[1] *Segue come nel reg. n. 1155.* [2] *Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. n. 1155; qui si ha:* Matholi f. Rodulfi

1158. *Lucca, 4 Febbraio 1157.*

A. MCLVII, prid. non. febr., ind. V. Nos Pegius qd. Petri et Bonfancieri et Turpinus atque Gerardus gg. ff. eius et Diana uxor suprascripti Pegii et qd. filia Carandelli atque Castellana uxor suprascripti Bonfancerii et filia Ildibrandini, nobis gg. consentiente patre nostro et nobis mulieribus consentientibus viris nostris, ubi interfuit notitia duorum propinquiorum meorum quę supra Dianę, videlicet: Rolandini nepotis mei et qd. Carandelli et Gottifredi f. Bolgiarii et mihi Castellanę interveniente notitia patris mei et Bernardini f. Benefeci propinquiorum meorum, a quibus interrogate (sumus) secundum aedicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Thampino et Ubertello gg. qd. Carbonis unam petiam de terra, q. est campus cum duabus arboribus super se, in l. u. d. Sorbanum Lei iudicis, et tenet: unum caput, unde est quedam biscocca, in terra et media fossa Oddonis causidici et Ursichi gg. ff. qd. Pilosi et in terra et media fossa Burgogni qd. Viviani Lotthi, alterum in terra Martini qd. Bonefatii, latus unum, unde est una biscocca, in terra et media fossa Sismondini qd. Folmardini et in terra et media fossa Boni qd. Petri Ambiadorini et in terra et media fossa Rindi qd. Ildibrandini, alterum, unde est alia biscocca, in terra et media fossa suprascripti Burgogni et in terra et media fossa Bonoti qd. Aldiberti. Hanc petiam, q. est cum iusta pert. mensurata mod. III et sist. X, vobis vendimus et tradimus una cum via eundo et redeundo homini et bestię caricato et discaricato per campum suprascripti Burgogni et per campum hospitalis S. Michaelis, sicut ego Pegius emi eam a Tancherio qd. Bonefatii et ab uxore eius, sicuti

continetur in cartula scripta manu Guinisii not. imp. Recepimus anulum aureum a te Thampino pro pretio libr. LXII et III sol. et dimidium Luc. den. Pena dupli (et) arg. libr. XXV et in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Lucę. S. m. Pegii et ff. eius et suprascriptarum mulierum, Pegius ff. suis et uxori suę consensit, Bonfancieri uxori suę consensit, suprascripti propinquiores suprascriptarum mulierum ad eas interrogandas interfuerunt. S. m. Neri qd. Guidi, Benedicti qd. Petri, Bonaccursi qd. Ugolini tt. Dulcis not. imp.

*Copia del sec. XII, di* Ugo not. imp., *autenticata dallo stesso* Dulcis: E. 95. *Dopo la sottoscrizione di* Dulcis *rog. segue:* suprascriptus Ubertellus non habet in suprascripta compera nisi libr. VII et dimidium.

1159. *Lucca, 18 Aprile 1157.*

A. MCLVII, XIV kal. madii, ind. V. Ego Mencuccius qd. Vitalis per hanc cartulam vendo et trado tibi Alberto abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus mon., omne ius et actione et locatione et melioramentum et allevatum et propaginatum et cultum, quantum habeo vel causare possum de casis et terris et rebus cultis et incultis, quas detineo a mon. in l. Palmatura, unde reddo omni anno mon. XV star. de musto et IV den. et quartam partem de una libra de oleo. Recepi pretium, sol. XVII; pro quibus convenio et promitto tibi et tuis successoribus omni anno in mense ian. ego et mei heredes reddere pensionem, ultra suprascriptum affictum, duo libre olei boni, ad iusta libra Luc. venditoria. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Mencucci. S. m. Lupicini qd. Cichi, Angeli qd. Bonfilii, Moroni qd. Boncetti, Cerondi qd. Inghiti tt. Bonusfilius t. ss. Henricus not. imp.

*Originale:* V. 53. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Mencucius et sui heredes senper debent reddere omni anno predictas duas libr. olei, sub pena suprascripti abatis.

1160. *22 Aprile 1157.*

« Bernardinus qd. Bernardi qd. Lei et filius vendiderunt (Luc.) capitulo melioramentum et tenimentum, quod habeba(n)t in suprascripta terra.[1] Manu Dulcis not. (A.) M°C°LVII°, X° kal. madii ».

*Regestum B, c. 19 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 758, cui si riferisce.*

1161. *(Pontetetto, Lucca), 13 Maggio 1157.*

A. MCLVII, III id. madii, ind. V. Ego Cecilia abbatissa eccl. et mon. S. Marie, que d. a Pontetecto, per hanc cartulam, cum consilio Frosine et Felicite et aliarum monacarum, vendo et

trado vobis Ciabatto et Giminiano et Brunecto gg. qd. Albertini di Vergaio duo petie de terris pertinentibus suprascripto mon., que sunt oliveta, in l. et fin. Massa Macinaria u. d. tra Rio; prima tenet: unum caput in terra S. Salvatoris de Cantignano, aliut in terra Oddolini qd. Iohannis, latus unum in terra Goladiferri et Tedici gg. qd. Gottifredi, aliut in terra quam tenet Cacciaguerra et Boldoro gg. qd. Sesmundelli ; secunda tenet : unum caput in terra Gerardelli qd. Petruchi, aliut in terra Ubaldi qd. Franceschi, latus unum in terra Maghinelli et Thanbri, aliut in terra suprascripti Maghinelli et in terra S. Donnini et in terra Patti qd. Ciufecti. Recepi pretium, sol. XII Luc. den., quos dedi Silimanno qd. Fasciani pro solvendo debito monasterii. Pena dupli et arg. libr. II. Act. prope suprascripta eccl. et mon. S. m. Cecilie abbatisse. S. m. Honeschi qd. Henrici, Martini qd. Urselli, Lanberti qd. Morecti, Pisanelli qd. Stefani, Iohannis qd. Iohannis tt. Henricus not. imp.

*Originale:* O. 31. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Has terras dicitur habere Giunta coiarius.

1162. *Lucca, 6 Giugno 1157.*

A. MCLVII, VIII id. iun., ind. V. Nos Gualganus qd. Ughi Picocotti et Berta eius mater et mundualda relicta suprascripti qd. Ughi et qd. filia Morecti et Inglese uxor Gualgani et (filia) qd. Gratiani, consentiente mihi Bertę Gualgano f. et mundualdo meo et mihi Inglesi viro meo, interveniente michi notitia Parentis et Gilii gg. meorum, a quibus interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Pandolfo presb. custodi et rectori aeccl. et hospitalis atque pontis S. Petri, q. d. Marchionis, ad partem hospitalis, omnes terras cultas et incultas, q. sunt in l. et fin. suprascripti Pontis, sive in flumine sive extra, in aliquibus vocabulis, quas hospitale a nobis tenet, ad reddendum omni anno IV star. de grano et IV de milio et IV de fabis et I star. de panico. Accepimus[1] pretium, VII libr. et mediam Luc. den. Pena dupli et arg. libr. X. Act. Lucę, prope ęccl. S. Cristophori. S. m. iugalium et Bertę, Gualganus matri et uxori consensit; Parente et Gilius gg. Inglesi ad interrogandum eam interfuerunt. S. m. Bernardi, patroni hospitalis, qd. Bolgarini, Aimellini qd. Saracini, Beraldi qd. Bonomi tt. Ugo not. imp.

*Originale:* B. 38. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Iugales et Berta, utrique mulieri Gualgano consentiente, in pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, convenerunt Pandolfo se suosque heredes actores et defensores fieri ab omni homine de omnibus suprascriptis terris eidem Pandolfo presb. eiusque successoribus, si lis vel molestia eis inde illata fuerit. Suprascripti tt.

[1] *L'orig. ha:* aceepimus

1163. *Lucca, 1 Settembre 1157.*

A. MCLVII, in die kal. sept., ind. VI. Nos Marrone qd. Corcibaldi et Piuma iugales filia qd. Angeli, consentiente michi Piume viro meo, ubi interesse videtur notitia Ranucci cl. g. mei et Viviani qd. Ciacci primi consobrini mei, a quibus interrogata sum, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Oddolino qd. Iohanni sex petias de terris in burgo de Plothano et in eius confinibus; prima est (cum) cas[a] super s[e] et ortale cum olivis et pergola post ipsa casa et casalino cum pergola super se ante ipsam casam et est in suprascripto burgo, et tenet: unum caput in simitula, alterum in terra Guidonis qd. Ughi Itte et Ugonis qd. Ildebrandi, latus unum in via publica et in terra filiorum qd. Bendonis de Botho, alterum in terra suprascriptorum ff. Bendonis; secunda est vinea in l. u. d. Boveclo, et tenet: unum caput in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis, alterum in terra suprascripti Guidi et Ughi, latus unum in terra filiorum qd. Guiducci de Trebio, alterum in terra de filii et nepoti qd. Enrigi Sofredi[1] de Vurno et in terra Gerardini Erithecti; tertia est vinea ibidem, et tenet: unum caput in simitula, alterum in terra uspitali Templi Salomonis, latus unum in terra Divi qd. Villani, alterum in terra suprascripti Gerardini; quarta est vinea ibidem, et tenet: unum caput in simitula, alterum in terra Pandicampi qd. Guercieti, latus unum in terra filiorum qd. Martini de Mammule, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis; quinta est silva in l. u. d. Pomonte, et tenet: unum caput in terra ospitali de burgo de Plothano, alterum cum uno latere in terra suprascripti Pandicampi, alterum latus in terra de filiis qd. Guilielmini Astuchi; sexta est campus in l. Fridana, prope molino de subtus, et tenet: unum caput in molino, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis, latus unum in acquiduccio molini, alterum in terra Cianfongnini qd. Brunecti. Recepimus pretium, sol. CCLX Luc. den. Pena dupli et X libr. arg. et pena potestatis de Plothano. Act. Luce. S. m. iugalium, Marrone uxori sue consensit, et Rainerius et Vivianus ad Piumam interrogandam interfuerunt. S. m. Mansi qd. Guidi, Pecori qd. Martini, Duralfrii f. Ughi Berlescie tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* D. 102. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Rainerius*:* Marrone iuravit Oddolino per Domini evangelia ita quod, nec ipse nec ab eis summissa persona, nec publice nec privatim non contradicet nec contrariabit Oddolino vel suis heredibus vel personis, qui ab eis conperare voluerint pensionem supra predictam casam et terras omni anno sol. XIII Luc. den. et unum star. de grano, ad iusto star. Luc., quos Marrone et suis heredibus hac proheredibus reddere debent Oddolino vel suis heredibus hac proheredibus. *Cf. il reg. seguente.*

[1] Sofredi *è nell' interlineo.*

1164. *Lucca, 2 Settembre 1157.*

A. MCLVII, IV non. sept., ind. VI. Manifestus sum ego Marrone qd. Corcibaldi, quia tu Oddolino qd. Iohanni dedisti mihi per cartulam libell. nom. ad censu perexolv. sex petias de terris in confinibus de burgo de Plothano; prima[1] etc., ut in mea et de meis heredibus hac proheredibus sint potestate predictas petias habendi atque fruendi. Tibi vel tuis heredibus hac proheredibus omni anno in mense sept., in civ. Luca ad casam habitationis vestre, reddere debeamus de petia cum casa super se sol. X, de aliis quattuor petiis sol. III Luc. den. et de alia petia, q. est campus, unum star. de grano, ad iusto star. Luc. Pena: CD sol. Luc. den. et pena potestatis de loco Plothano. Duo libelli. Act. Luce. S. m. Marroni. S. m. Duralfrii f. Ugolini Berlescie, Pecori qd. Martini, Iacopi qd. Benecti, Viviani qd. Ciacci et Raineri cl. qd. Angeli tt. Rainerius not. imp.

*Originale:* D. 102.

[1] *Segue come nel reg. precedente.*

1165. *Lucca, 26 Novembre 1157.*

A. MCLVII, VI kal. dec., ind. VI. Ego Leuccius qd. f. Gualandi per hanc cartulam pro remedio ac salute animę meę et animarum patris ac matris meę et filiorum meorum inrevocabiliter offero tibi ęccl et canonicę S. Martini, quę est constructa et ędificata infra Luc. civ. et est caput Luc. episcopatus, omnes casas et cassinas atque casalina et omnes terras cultas et incultas atque omnes res immobiles, quas nunc habeo vel detineo in aliquibus locis vel vocabulis, sicut sunt aut aliquo tempore inveniuntur. Item offero illas XXVII libr. Luc. den., quas canonicis mutuavi. Offero, ut deinceps in antea, tam in vita mea quam et post obitum meum, omnia suprascripta sint in proprietate ipsius ęccl. et canonicę et in potestate canonicorum, q. in suprascripta ęccl. et canonica ordinati fuerint et in ea officium Dei celebraverint, habendi utendi atque fruendi, ad eorum usum et ęccl. et canonicę utilitatem; ita tamen, ut semper exinde habeat ęccl. Ss. Simonis et Iude omni anno in die festivitatis eorum XII den. pro luminaria olei; et si domus mea de Lischia venditur, volo ut inde habeat suprascriptę ęccl. opera sol. X Luc. monete; et ita tamen, ut canonici tribuant Petro f. meo victum et vestimentum et calciamentum cum rectitudine, si in suprascripta canonica stare voluerit; sin autem, postquam habuerit XVIII annos, tribuant ei libr. XII Luc. monete, et dehinc ad septem annos proximos tribuant canonici inter suprascriptum f. meum et matrem suam, Bonam, per annum XX sist. de grano et X de milio et VI de fabis et carrum musti et

somam piccioli, quamdiu cum matre steterit, et donec cum matre non steterit, volo, ut tribuant suprascripte Bone semper omni anno VIII sist. de grano et XII de milio et IV de fabis et XXXVI sist. de musto et XII de picciolo, donec lectum meum caste observaverit, vel ad statum alterius vite transierit, vel si in aliam terram stare [vo]luerit; postquam vero lectum meum non custodierit vel ad aliam vitam transierit aut in aliam terram stare voluerit, volo ut tribuant ei sol. XL tantum. Si canonici sic non observaverint f. meo et matri eius hoc totum volo [ut?] habeant de terra, q. est in l. u. d. Fossa Tacchi, iuxta terram quam tenet hospitale S. Marię et iuxta terram Gerardini Buccaci[ont]a[1] et de illo anno in quo canonici non dederint eis suprascriptum redditum, debeant eis illud emendare in duplum; et ita ut [eg]o Leuccius habere debeam victum et vestimentum et calciamentum semper de canonica, et si convenienter mihi exhibitum non fuerit, potestatem [mihi reser]vo de redditibus et fructibus suprascriptarum rerum habendi et fruendi ad utilitatem meam. Si vero ego vel [mei] heredes tibi ęccl. vel canonicis offertionem intentionaverimus, aut auferre sive minuere quesierimus et eam non defenderimus, spondemus componere offertionem in duplum, (et) insuper penam arg. libr. L. Act. Lụce. S. m. Leuccii. [Manf]redus iudex imp. interfui et ss. [S. m.] Tacchii qd. Ubertelli Afatti, Ugolini qd. Homodei, Patthi qd. Rodulfini Vurni Merendelle qd. * *, Deidati f. Rugerii tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* P. 25; *Regestum A, c. 15.* *Nel* *verso* *della carta, da mano del sec. XIII:* Non bene scitur unde sit; *poi d'altra mano del sec. XIII:* In Via Meçana, versus Puliam.

[1] *Cf. il reg. n. 1170.*

1166. *Lucca, 29 Novembre 1157.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu Manfredi iudicis, Gottefredi causidici, Ildebrandini qd. Ugolini, Gerardini qd. Guaschi, de lite et discordia, quam faciebat Strambus qd. Ughiccionis adversus suprascriptam canonicam de pensione XLII den., quos canonici suprascriptę canonicę requirebant de casa ipsius Strambi, que est in loco Arco, prope eccl. S. Cristophori, Strambus negabat, dicens, quod canonici recolligebant IV sist. de blava in l. Tassignano, prope ęccl. S. Margaritę, pro suprascripta pensione, et alia IV sist. pro iudicio illius terre. Canonici dicebant tota illa octo sist. blave recolligere pro iudicio suprascripte terre. Conventio et transactio fuit inter canonicos et Strambum quod de suprascripta casa canonica recolligat omni anno pensionem XLII den. in mense ian. et in proximo

etiam mense ian., pro qua conventione canonici remiserunt ei totam pensionem XLII den. illius case duodecim annorum, quam post mortem sui patris tenuerat. Ita tamen, si Strambus vel eius heredes deinde ad quattuor proximos annos [1] potuerint ostendere idoneos testes vel idoneam cartulam secundum dictum sapientis, q. in medio fuerit, vel consulum de placito, ita quod inde neutra pars sacramentum calumnie faciat, quod suprascriptam pensionem persolvere non debeat, hec conventio et promissio nichil eis noceat; si per testes vel per cartulam conventio ostensa fuerit, in qua aliqua deceptio fu(er)it ab aliqua parte, deceptio debeat revocari et destrui in laude illius sapientis vel consulum de placito. Quod factum est coram suprascriptis hominibus. A. MCLVII, III kal. dec., ind. VI. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Turchius advocatus canonicę interfuit. Dulcis not. imp.

*Originale*: N. 106.

1 annos *è nell' interlineo.*

1167. *1157.*

« Refutatio de eadem terra [1] a Bernardino qd. Bernardi qd. Lei, [2] et Sesmundi f. eius. A. Domini MCLVII° ».

*Regestum A, c. 10 v.*

1 *Cf. il reg. n. 1022, cui si riferisce.* 2 qd. Lei *è nell' interlineo.*

1168. *Lucca, 7 Febbraio 1158.*

A. MCLVIII, VII id. febr., ind. VI. Nos Oddolinus qd. Iohannis et Iulicta uxor eius et qd. filia Iordani, mihi Iulicte consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Pagani presb. avunculi mei et Bernardini qd. Gerardi de Magiano propinquiorum meorum, a quibus interrogata (sum) secundum ędicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro archipresb. qd. * * sex petias de terris in burgo de Plothano et in eius fin.; prima cum casa etc. [1] Recepimus pretium, libr. XI Luc. den. Repromictimus una cum nostris heredibus tibi Petro vel cui dabis vel iudicabis, ut si nos vobis intentionaverimus et si eam non defenderimus, spondemus componere vobis venditionem in duplum, insuper penam arg. libr. X et sub pena etiam consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. iugalium, Oddolinus uxori sue consensit, et Paganus presb. et Bernardinus suprascripte Iulicte ad eam interrogandum interfuerunt. S. m. Gerardi Mannaiole qd. Gerardi, Rolanduccii qd. Bonieri, Altimari qd. Gottefredi, Viviani qd. Pagani tt. S. m. Henrici et Ildebrandini atque Gottefredi gg. ff. suprascripti Oddolini tt. Dulcis not. imp.

*Originale*: D. 102.

1 *Segue come nel reg. n. 1163.*

1169. *18 Febbraio 1158.*

« Refutatio de parte predictarum terrarum[1] Sesmondini qd. Ildebrandini ad canonicam S. Martini; de quibus ipse reddebat nobis den. xx; que terre[2] sunt in Capannore. A. Domini MCLVIII ».[3]

*Regestum A, c. 20; Regestum B, c. 12 v.*

1 *Cf. il reg. n. 648, cui si riferisce.* 2 terre *è nell' interlineo.* 3 *Il Reg. B:* Manu Dulcis not. (A.) MCLVIII, XII kal. martii.

1170. *Lucca, 8 Novembre 1158.*

A. MCLVIII, VI id. nov., ind. VII. Nos Petrus archipresb. et Oddo et Caro atque Lutterius et Guarnerius atque Albertus presbiteri et Amatus et Ugo diaconi et Romeus et Ermannus subdiaconi canonici eccl. et canonice S. Martini, que est constructa et edificata infra Luc. civ. et est caput Luc. episcopatus, pro nobis et pro ceteris canonicis, ex parte suprascripte eccl. et canonice, per hanc cartulam pignoris nomine damus et tradimus atque obligamus tibi Petro f. Leuccii unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. u. d. Fossa Tacchi, quam pater tuus suprascripte eccl. et canonice ottulit, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra suprascripte eccl. et canonice, unum latus in terra, quam tenet hospitalis S. Marie, alterum in terra Gerardini Boccacionta. Est, cum iusta pert. mensurata, mod. unum et quarta pars, quam tenet Albertinus coriarius. Tibi eam damus et obligamus pro libr. XII Luc. den., quos tibi debemus, sicut inferius continetur. Pena dupli. Act. Luce. S. m. suprascriptorum canonicorum. S. m. Corsi qd. Guidi Thite, Neri medici, Cancillieri qd. Guiscardi tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* G. 12. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis*:* Hec cartula tali tenore facta est: Si nos canonici vel nostri successores, postquam tu Petrus habueris XVIII annos completos, dede[ri]mus tibi libr. XII Luc. den. infra XXX proximos dies, postquam tu nobis eos quesieris, vel requirere feceris, si nobiscum in canonica stare nolueris, quod hec cartula sit inanis et in nos revertatur; sin autem deinde in antea suprascripta terra sit in potestate tua et proprietate et licentiam habeas habendi et libere faciendi quicquid tibi placuerit, sub pena consulum et treuguanorum Luc. Suprascripti tt. et datale. *Cf. il reg. n. 1165.*

1171. *Presso Borgo S. Frediano (Lucca), 18 Novembre 1158.*

A. MCLVIII, XIV kal. dec., ind. VII. Nos Ildebrandinus Poppus qd. Ioannachi et Monaca iugalis eius filia Sofredi not., michi Monace consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Sofredi patris mei et Bergolli qd. Homodei propinquioris mei, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam ven-

dimus et tradimus tibi Alberto abb. eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eccl. et mon., duo petie de terris, q. sunt canpi cum arboribus, in l. et fin. Paganico u. d. Aqualunga; prima tenet: unum caput in via publica, aliut cum tota fossa infra se in terra eccl. S. Marie et in terra suprascripti mon., latus unum in media fossa Gottifredi qd. Donti, aliut in terra Henrici g. mei; secunda tenet: anbo capita cum uno latere in viis publicis, aliut latus in terra suprascripti Henrici g. mei. Sunt inter anbo per mensura una cultra et media. Recepi pretium, libr. quindecim[1] Luc. den. Pena dupli. Act. prope Burgo S. Fridiani. S. m. iugalium, Ildebrandinus Poppus uxori sue consensit. S. m. Sofredi not. et Bergolli q. interfuerunt. S. m. Quarticioli qd. Lanberti, Caranducci f. Pelegrini et Petri f. Neri tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 37. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus*:* Et promittimus et obligamus nos et nostros heredes omnia suprascripta observare tibi Alberto et tuis successoribus et cui vos dederitis, ad penam libr. xx arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., qui nunc sunt vel erunt. Suprascripti tt. et ind.

[1] quindecim *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1172. *1158.*

« Venditio Villani qd. Uberti Guinithelli Gerardo et Rolando et Lanfranco gg. qd. Conecti Maghiari de una petia terre u. d. a la Rivolta, prope u. d. a la Spranga, et ubi fuit olim domus leprosorum, iuxta flumen, quam fluvius diruit; que tenebat olim: caput in via publica, quam fluvius abstulit, alterum in terra Morecti Barati, latus in terra uxoris Cristophanelli, alterum in terra Paneinve(n)tre; que erat media cultra. A. Domini MCLVIII ».[1]

*Regestum A, c. 36 v.*

[1] *Il ms. aggiunge:* Hanc terram predicti gg. assignaverunt S. Martino pro decima domus sue, et ideo hanc cartulam habuimus ab ipsis.

1173. *Borgo S. Frediano (Lucca), 30 Dicembre 1158.*

A. MCLIX, III kal. ian., ind. VII. Nos Henricus f. qd. Ioannachi et Aleitina iugalis eius et filia qd. Sesmundi, michi Aleitine consentiente marito meo, ubi interfuit notitia Montoni qd. Bernardi et Ildebrandini f. Oddolini[1] propinquioribus meis, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, ad opus eiusdem eccl. et mon., duo petie de terris, que sunt campi cum arboribus, in l. et fin. Paganico u. d. Aqualunga; prima tenet: anbo capita in viis publicis, latus unum in terra et media fossa Gottifredi qd. Donti, aliut in terra suprascripti mon., que fuit qd. Poppi g. mei Henrico; secunda

tenet: unum caput in suprascripta via publica, aliut[1] cum uno latere in terra suprascripti mon., que fuit suprascripti Poppi, aliut latus in terra suprascripti mon. Recepimus pretium, libr. xxx Luc. den. Pena dupli. Act. Burgo S. Fridiani. S. m. iugalium, Henricus uxori sue consensit. S. m. Montoni et Ildebrandini propinquioribus Aleitine qui interfuerunt. S. m. Uberti qd. Sofredi monaci, Baldicioni f. Guilardi, Gallitiani qd. Cinqueetquattuor, Quarticioli qd. Lanberti, Caranducci qd. Pelegrini tt. Henricus not. imp.

*Originale:* Q. 36. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Henricus: Et obligamus nos et nostros heredes et promittimus tibi Alberto abati et tuis successoribus et cui vos dederitis, omnia suprascripta observare, ad penam libr. xl arg. et ad penam consulum et treuguanorum Luc., q. nunc sunt vel in antea erunt. Suprascripti tt. et ind.

1 -dolini *è nell'interlineo.*

1174. *Lucca, 10 Gennaio 1159.*

A. MCLIX, IV id. ian., ind. VII. Ego Lanfranchinus qd. Lei per hanc cartulam in permutatione do et trado tibi Guido presb. aeccl. S. Michaelis de Miata, ad partem ipsius aeccl., duas petias de terris, q. sunt paludes, in l. Miata, prope suprascriptam ęccl.; una tenet: unum caput in medio fluvio Auseris, alterum in terra Lanfranchetti, latus in terra Lanfranchini et Rolandini gg., alterum in terra Cecii qd. Rugerii; secunda tenet: unum caput in medio fluvio Auseris, alterum cum uno latere in terra suprascriptę eccl., alterum latus in terra Tegrimuci. A te accepi in [per]mutatione medietatem de duabus petiis de terris, q. sunt sterpeta, in l. Vurno u. d. ad Ripam; una tenet: unum caput in via publica, alterum [in] Montezano, latus in terra plebis de Vurno, alterum in terra filiorum qd. Ughicionis auri[ficis]; secunda tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra Dominici et Ugolini [...], alterum latus in terra Vitalis. Pena dupli. Act. Lucę. S. m. Lanfranchini. S. m. Trombe qd. Rolandi, Acursi qd. Renoardi, Morandi qd. Iohannis tt. Ugo not. imp.

*Originale:* L. 113.

1175. *18 Gennaio 1159.*

« Offersio de terra in Fontanelle eccl. B. Martini ab Ugone[1] presb. et Henrico[1] gg. qd. Ugolini pro se et Rustico[1] et Gerardo[1] et Subgrominio[1] et Guidalotto[1] pro anima Nigri fratris eorum, tali conditione, ut canonica debeat percipere IIII star. grani de eadem terra et quandocumque predicti gg. vel eorum heredes assignaverint tantam terram prefate canonice, unde bene exeant IIII star. grani, ista terra libera ad eosdem gg. vel eorum heredes

revertatur. Que terra tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Reparate, latus in terra Ceciorelli Ferolfi, alterum in terra Rugerii qd. Guidi. A. Domini MCLVIIII. Manu Urbicciani not. ».[2]

*Regestum A, c. 16; Regestum B, c. 19 v.*

1 *Nel margine, da mano coeva:* Hii fuerunt Varvassores de Subgrominio.
2 *Il nome del not. fu aggiunto da mano del sec. XIII-XIV. Il Reg. B:* Ugo et Henricus gg. qd. Ugolini pro se ipsis et Falabrino et Sagrumineo et aliis eorum germanis obtulerunt Luc. capitulo unam petiam terre, q. est in l. Fontanella, reservata eis dicta petia terre, ad reddendum exinde Luc. capitulo star. IIII$^{or}$ grani. Manu Urbicciani not. (A.) M°C°LVIIII°, XV° kal. febr. Quam terram hodie tenent heredes qd. domini Gerardi Tangrandi, ut dicitur.

1176. *Lucca, 24 Maggio 1159.*

A. MCLIX, IX kal. iun., ind. VII. Nos Baronciucus[1] qd. Boni et Leppus eius f., mihi Leppo consentiente patre meo, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Argento archipresb. eccl. et canonice S. Martini, ad partem ipsius eccl. et canonice, omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum, allevamentum et usum atque omne ius, que nobis pertinent de tertia portione unius petie de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. Mugnano, prope eccl. S. Michaelis, unde omni anno reddebamus suprascripte canonice sex sist. de grano; que tenet: unum caput in via publica, alterum in Ausere,[2] latus in terra suprascripte canonice, quam tenet Filipellus, alterum in terra suprascripte canonice, quam tenet Benedictus de Piothano; que est, cum iusta pert. mensurata, mod. unum et dimidium, vel si plus est. Recepimus anulum aureum pro pretio sol. XIX Luc. monete a Turchio advocato canonice, pro ipsa eccl. et canonica. Pena dupli. Act. Luce. [S.] m. Baronciuchi et filii eius, [Baron]ciucus f. suo consensit. [S.] m. Rainerii f. Moriconis, Rainolfi f. Bernarducii, Pergoli qd. * * tt. Dulcis not. imp.

*Originale: L. 136; Regestum A, c. 23 v; Regestum B, c. 10.*
1 *Il Reg. A:* Venditio Baronchiucchi *etc.* 2 *Il Reg. A:* in medio Ausuris

1177. *Lucca, 18 Luglio 1159.*

A. MCLIX, XV kal. aug., ind. VII. Ego Tascha qd. Adimari filius per hanc cartulam dono et trado tibi Henrico cl. f. meo duas petias de terris, q. sunt orti cum arboribus super se, in l. Turingo; prima est cum cassina et rebus massariciis super se et regitur per Riccium massarium, et tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, alterum latus in terra filiorum qd. Fralmi; et est, cum iusta pert. mensurata, mod. II, vel si plus est; secunda tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et media fossa * *, latus in terra et media fossa filiorum qd. Fralmi, alte-

rum in terra et media fossa * *; et est per mensuram mod. I, vel si plus est. Has duas petias et duas casas et terras et res massaricias, quas habeo in l. Milliano, quarum una regitur per Saracinum massarium, secunda per Omodei et Ugolinum massarios, cum omnibus terris et rebus alicubi ad eas pertinentibus et cum illis xx libr. Luc. den., quas Rolandus Bonerii[1] michi debet, et cum omni actione et obligatione, quam de eis habeo; tibique do, cedo, mando omnem actionem, quam habeo adversus suprascriptum Rolandum de suprascriptis xx libr. earumque prode et de pignore, et cum illis x libr. Luc. den. earumque prode, quas Sesmondinus mihi debet; tibique do, cedo, mando omnem actionem, quam habeo adversus eum de ipsis x libr. earumque prode,[2] sicut continetur in cartulis, manu Ughi not. descriptis, tibi dono et trado. Reservo mihi huius donationis usumfructum, quandiu vixero. Accepi meritum, anulum aureum. Pena dupli. Act. Lucę, in ęccl. S. Petri Ciguli. S. m. Tasche. Sum Gottefredi iuris scriptura periti.[3] S. m. Gratiani qd. Baronis, Ursi qd. Gerardi tt. Ugo not. imp.

*Originale:* O. 47; *Copia del sec. XII, di* Guilielmus not. imp.*:* O. 47. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo*:* Prefatus Tascha iuravit per Domini evangelia, dicens: Ego suprascriptam donationem toto tempore vitę meę *(*meę *è nell' interlineo)* ratam et firmam tenebo, nec eam revocabo, nisi quantum steterit verbo tuo Henrici. Coram suprascriptis tt.

[1] *La copia ha:* Bonieri [2] *La copia aggiunge:* et de pignore [3] *Il passo* sum Gottefredi *etc., fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco e da altra mano, diversa da quella di* Ugo, *e non è preceduto da alcun signum. La copia invece ha un signum tabellion. e quindi:* Signum Gottifredi iuris scriptura periti *; pot • •* cobus iudex imp. his omnibus interfui et ss. • • gnum m. Gratiani *etc.; onde sembra che la copia sia stata desunta da un altro orig. di* Ugo.

1178. *Pieve a Elici (Lucca), 27 Luglio 1159.*

A. MCLIX, VI kal. aug., ind. VII. Ego Petrus archipresb. per hanc cartulam promitto et convenio vobis Vanghę qd. Sabatini et Iohanni qd. Petri, quod ammodum ego vel mei heredes aut aliqua persona a nobis summissa ullo modo non agemus neque molestabimus vos seu liberos vestros de mea portione, q. est de medietate tres portiones, de manentia et omni colonaria seu ascripticia vel non ascripticia conditione de personis vestris vestrorumque filiorum filiarumve ac liberorum, neque de omnibus bonis et rebus vestris neque de causis et rebus, quas a vobis per manentes vel colonos agere vel causare aliquo modo possumus taciti et contenti exinde omni tempore stare vobis promittimus. Insuper per hanc cartulam vendo et trado vobis meam portionem, q. est de medietate tres portiones, de una petia de terra cum casis et rebus massariciis super se et cum omnibus terris cultis et incultis atque agrestis in aliquibus locis seu vocabulis ad eam pertinen-

tibus et cum suis pertinentiis, quam vos a me in l. Montisciano vel in eius confinibus detinetis et eam ab Atho de Sala comperavi. Pretium recepi, XV sol. et VIII den. et dimidium bonos Luc. den. Pena dupli et arg. libr. X. Act. plebe Ilice. S. m. Petri archipresb. S. m. Dominici qd. Uberti, Bruni qd. Stephani, Capechi f. Guidi, Ceci qd. Pesi, Gerarducci qd. Lunielli tt. Niger not. imp.

*Originale:* C. 25.

1179. *1159.*

« Refutatio ad eccl. S. Martini ab Henrico[1] qd. Ugolini de Metato de omni eo, quod obtulerat predictus Rolandus[2] in castro de Gragno vel Summocologna pro Ramundo archid. A. Domini MCLVIIII° ».

*Regestum A, c. 4.*

[1] *Nel margine, da mano coeva:* Hic est de Gerardingis. [2] *Cf. il reg. n. 487, cui si riferisce.*

1180. *Montecchio, 27 Gennaio 1160.*

Ego Balduinus, sacri Lateranensis pal. iudex et imperatorie dignitatis missus atque iudex ordinarius, ex communi concordia domni Alberti aeccl. et mon. S. Petri, positi loco qui d. Potheule, abbatis reverendi et domini presb. Martini venerabilis ęccl. et plebis baptismalis, posite loco q. d. Calcinaia, plebani, litem q. inter eos vertebatur super bonis, q. fuerunt Moronti qd. Termi f. et de his q. fuerunt Martelli et Sigkerii suprascripti Moronti qd. filiorum et Ermelline matris suprascriptorum gg., mihi amicabili conventione ad diffiniendum commissam, sic diffinio: ut abbas, nomine mon., habeat septem partes omnium bonorum, q. fuerunt Moronti et ultra septem partes de octava parte terram valentem sol. XII den., Pisis vel Luce factorum, in bonis inmobilibus iamdicti Moronti, tam in his quę modo ab abbate vel a plebano possidentur, quam in illis quę in antea per eos inveniri et recuperari poterunt, sumptus in inveniendo et recuperando faciendos utraque pars pro parte quam de terra habet, faciat; terram vero aliam totam, q. ultra valens XII sol. de octava parte bonorum Moronti remanet, habeat plebanus sue aeccl. et plebis nomine. Terram quam Martellus et Sigkerius emerunt, pro dimidia parte plebanus et pro altera dimidia parte abbas habeat. Exemplar emptionalis instrumenti terre a predictis empte una partium habeat et altera caput instrumenti teneat ostendendum et habendum utreque parti in iudicio, si extraneus de terra predicta litem moveat. Nomine vero bonorum q. fuerunt Aermelline, plebanum a petitione abbatis

absolvo, cassata donatione et pro non facta habita, q. facta fuit a Moronto in Aermellinam propter nuptias vel alio iure, de bonis Moronti. Abbatem in restitutionem terre, a Martello pro dimidia parte empte, ut ex instrumento scripto a Rolando apostolice Sedis not. apparet, plebano condemno. Data prope ęccl. S. Marie de Monteckio. A. MCLX et VI kal. febr., ind. VIII. Rainerius qd. Maccionis et Manfreducius qd. Iohannis, Segafeno dicti, atque Vannelli qd. filius nomine Bonfilius, Iohannes qd. Ugolini et Ckiasso qd. Angelelli his interfuerunt. Presb. Martinus et plebanus S. Iohannis de Calcinaria hanc sententiam approbo et confirmo. Berithus presb. Calcinarie plebis subscribo. Guido presb. iamdicte plebis ss. Guido diac. predicte plebis ss.[1] Balduinus sacri Lateranensis pal. iudex et imperatorie dignitatis missus atque iudex ordinarius hanc amicabilem sententiam, a me datam et a suprascriptis partibus adprobatam, subscribendo confirmo.

*Originale:* X. 111.

[1] *Segue un largo spazio in bianco tra la firma di* Guido diac. *e quella del not.*

1181. *Lucca, 22 Febbraio 1160.*

A. MCLX, VIII kal. mar., ind. VIII. Ego Guido causidicus qd. Fralmi per hanc cartulam pignoris nomine do et trado atque obligo tibi Corso qd. Iohannis omnes terras et res cultas et incultas atque agrestes, quas ingenio aliquo in l. Massa a me detinet Silvester qd. Mencuccii, Pandolfinus qd. Guidi, Gerardellus qd. Petruculi Marchi, Vivianus qd. Guiducci atque Riccius qd. Signoretti. Do et obligo pro XXX sol. Luc. den., quos a te in prestantiam accepi, et pro eorum prode, ut inferius continetur. Pena dupli et arg. libr. I et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce. S. m. suprascripti Guidonis causidici.[1] Guido causidicus ss.[1] S. m. Odolini qd. Iohannis, Bellomi qd. Baroncelli, Bonelli qd. Dominici tt. Urbicianus not. imp.

*Originale:* G. 83. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Urbicianus*:* Hec cartula tali est facta tenore, quod qualicumque die dehinc ad tres proximiores annos Guido vel suus heres reddiderit Corso vel suo heredi sol. XXX capitale bonorum den. Luc. monete et prode secundum quod colligit omni anno sol. VI eiusdem monete, quod hec cartula sit inanis et vacua; sin autem quod deinde in antea sit in potestate Corsi suique heredis vendendi, pignorandi faciendique de suprascripto pignore quicquid eis placuerit, donec tamen capitale fuerit perexsoltum pignus remanet obligatum pro simili prode currente etiam post terminum. Suprascripti tt., locus, ind. et dotale. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* De Massa P(isana). *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Così l'originale.*

1182. *Lucca, 22 Febbraio 1160.*

A. MCLX, VIII kal. febr., ind. VIII. Ego Guido causidicus qd. Fralmi causidici f. per hanc cartulam pignoris nomine do et trado atque obligo tibi Corso qd. Iohannis unam petiam de terra, q. est olivetus, in l. u. d. Valtedradi; quę tenet: unum caput cum uno latere in terra Ruffoli, aliud caput in terra Villani qd. Ugieri, aliud latus in terra Benenati et suorum consortum. Hanc petiam do atque obligo pro X sol. Luc. den., quos ego debeo Matheo g. tuo et pro eorum prode, ut inferius continetur. Pena dupli et arg. libr. I, et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce. S. m. suprascripti Guidonis.[1] Guido causidicus ss.[1] S. m. Bellomi qd. Baronis, Baialardi f. ipsius Bellomi, Perfecti qd. Guiducci tt. Urbicianus not. imp.

*Originale:* E. 65. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Urbicianus*:* Hec cartula tali est facta tenore, quod qualicumque die dehinc ad tres proximiores annos Guido vel eius heres reddiderint Corso vel suo heredi sol. X den. Luc. monete, ad voluntatem sui prenditoris, hec cartula sit inanis et vacua. Pro prode ipsorum den. debet habere et recolligere omni anno totum recoltum ipsius terrę, secundum quod contingit partem ipsius Guidonis, excepto quod pira, que recolliguntur de ipsa terra, reservavit sibi iamdictus Guido tantum in vita sua, quia si decesserit suprascriptis X sol. non solutis, postea totum recoltum et pira debet esse Corsi et suorum heredum aut cui dederint pro prode suprascriptorum den. Si infra terminum trium annorum capitale et prode perexsoltum non fuerit, deinde in antea sit in potestate Corsi suique heredis vendendi, pignorandi faciendique de pignore quicquid eis placuerit, sub penis predictis, donec totum capitale fuerit perexsoltum pignus sit obligatum pro simili prode currente etiam post terminum. Sciendum est preterea, quod hęc cartula eo tenore fuit facta: Si suprascriptum pacamentum aliquo die dehinc ad terminum trium annorum factum fuerit suprascripto Matheo vel suo heredi, quod hęc cartula similiter sit inanis et vacua. Suprascripti tt., locus, ind. et dotale. *Cf. il reg. precedente.*

1 *Così l'originale.*

1183. *Gragnano (Lucca), 24 Febbraio 1160.*

A. MCLX, VI kal. mar., ind. VIII. Nos Gerardinus qd. Iohannis et Melone iugalis eius filia qd. Cichi, michi Melone consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Neri f. Stantii et Grilli f. Valentini propinquioribus meis, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerimus tibi eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli unam petiam de terra, q. est vinea cum ficis, in l. et fin. Gragnano, prope Colle u. d. Ortale; que tenet: unum caput in via publica, aliut in Greppa Guidi qd. Cichi et Signorecti qd. Pandulfini, latus unum in terra Mocondori et Bianchi et Lomi gg. qd. Brunelli, sicut termina posita sunt, aliut in terra Grilli qd. Petri, sicut termina posita sunt. Offerimus, ut a presenti die, tam in

vita nostra quam et post obitum nostrum, sit in proprietate eccl. et mon. et potestatem presbiterorum et clericorum, q. per tempora ibi fuerint et officium Deo fecerint, eam habendi et fruendi ad eorum tantum usum et utilitate eccl. et mon. Pena dupli et arg. libr. II. Act. suprascripto l. Grangnano u. d. Ortale et prope Colle. S. m. iugalium, Gerardinus uxori sue consensit. S. m. Neri et Grilli, q. interfuerunt. S. m. Lomi et Bianchi gg. qd. Brunelli et Pecci qd. Martini, Henrici qd. Tucci, Petri qd. Iochi, Cattucci qd. Martini, Vecchi qd. Patemali tt. Henricus not. imp.

*Originale:* E. 145.

1184. *Lucca, 4 Marzo 1160.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu Turchii advocati canonicę et Rembi qd. Gottefredi, Tempagnini qd. Sifredi, Ildebrandini f. Malestaffe, Lamberti qd. Nuvilonis, Argentus archipresb. suprascripte canonice, Oddo, Guarnerius, Lutterius presbiteri, Amatus primicerius atque diac., Villanus, Vurnus, Romeus diac., Henricus subdiac. canonici iamdicte eccl. et canonice dixerunt et confessi fuerunt, quod in terris de Massa Macinaria, quas emerant ab Oddolino, dati fuerant sol. LX Luc. monete, precipue in terra illa, quam tenent Ildebrandinus et Mansus gg. ff. Bonfilii, unde reddunt omni anno canonice VI sist. de blava pro suprascriptis denariis; que terra est campus u. d. Ribocco. Suprascripti LX sol. dati fuerunt pro remedio anime qd. Alexii diac. et canonici suprascripte canonice, cui Deus propitietur. A. MCLX, IV non. mar., ind. VIII. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp. predictis interfui et, propter memoriam ad remedium et salutem anime Alexii diac. semper conservandam, hec publicis litteris denotavi.

*Originale:* O. 13.

1185. *Lucca, 8 Marzo 1160.*

A. MCLX, VIII id. mar., ind. VIII. Nos Rossilione f. Gottefredi et Umbrina iugalis filia qd. Guittoncini, lege Romana viventes ex parte Martini cl. avi mei Rossilionis, et Ioletta relicta qd. suprascripti Guittoncini filia qd. Fredicionis, consentiente mihi Rossilioni patre meo et mihi Umbrinę marito meo et mihi Iolette Tederello g. et mundualdo meo, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Argento Luc. ęccl. S. Martini archipresb. et Alberto presb. rectori casę et ęccl. pontis S. Petri, qui d. Marchionis, duas petias de terris; prima est campus cum ar-

boribus prope eundem pontem: caput unum tenet in terra et dimidia fossa Bronecti Corsi et in terra et dimidia fossa filiorum qd. Guilielmi Astuchi, alterum in terra et dimidia fossa supradicti pontis, latus unum in terra et dimidia fossa Henrigetti et Pagani gg. qd. Brunichi de Farneta, alterum in terra et dimidia fossa pontis; secunda est campus u. d. in Vignole: caput unum tenet in terra et dimidia fossa snprascripti Bronecti Corsi, alterum in terra et dimidia fossa, q. fuit Germondini qd. Ciriachi, latus unum in terra suprascriptorum gg. qd. Brunichi cum media fossa, alterum in terra et dimidia fossa Raineri qd. Vitalis. A te Alberto presb., pro te et pro archipresb., recepimus pretium, sol. CLX Luc. monete. Repromittimus nos vobis archipresb. et Alberto vestrisque heredibus aut homini vel loco, cui vos suprascriptam venditionem dederitis, ut si nos vobis intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum, et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. iugalium et Iolette, Rossilionę uxori suę et Tederellus Iolettę mundualdę suę consenserunt. Gottefredus f. suo consensit. S. m. Guidotti qd. Guilielmi, Pilaccari qd. Uberti not., Bernardini qd. Sigieri, Viviani qd. Pagani tt. Gattus not. imp.

*Originale*: B. 52.

1186. *Fucecchio, 11 Aprile 1160.*

Vuelfo dux Spoleti, marchio Tuscie, princeps Sardinie, dominus domus comitisse Matildis, Petro archipresb. et Amato primicerio ceterisque fratribus Luc. Eccl. canonicis. Ad exemplar Henrici imp. quarti, secundum nobis concessam auctoritatem, firmamus ac statuimus, ut ęccl. B. Martini, quę caput est Luc. episcopatus, ac sacrarium sanctissimi Vultus et oblationes eiusdem ęccl., claustrum et canonicorum personę, cum rebus eorumdem et cęteris ad eccl. vel claustrum pertinentibus, sub nostra defensione et mundiburdio permaneant; curtem etiam de Fabialla cum placito et districto aliisque rebus ad eamdem curtem pertinentibus, quam Gualdus et uxor eius Gisla pro animę suę remedio B. Martino dederunt, et curtem de Massagrosi cum suis manentibus, silvis, pascuis, paludibus, venationibus et marinis, piscariis, cum Tumulo etiam ad utendum et forestandum, a Sepe Arsa usque Boxas, secundum quod in eorum legittimis instrumentis cognovimus contineri, sicut hęc omnia per (e)andem curtem antiquitus possedisse videntur; quam curtem Berta regalis suo pretio comparavit et canonicę ęccl. B. Martini obtulit. Quicquid in eodem Tumulo a Bozone comparaverunt, sicut per notarium in

cartulis annotatum habetur; et tertiam curtem S. Petronilla nomine, cum manentibus XXI in Massa Macinaria et placito et districto omnibusque rebus ad eandem curtem pertinentibus, una cum omnibus casis et sediminibus infra urbem Luc. et extra, campis etc. ad predictam canonicam pertinentibus confirmamus. Pena: auri libr. C. S. m. ducis Welfonis marchionis Tuscię, ducis Spoleti etc. Otto prepositus Reitenbuchensis Ęccl. ss. Hanricus canc. ducis cognovi et ss. A. MCLX, ind. VIII. Act. Fischecli, III id. apr.

*Originale:* CC. 13. *Frammento di sigillo cereo. Copia del sec. XII:* CC. 14; *Copia cart. del sec. XVII nell'arch. Capit., cod.:* P ✠ XII, *c. 59; Due copie cart. 1659, ottobre 6, ibid.:* Banco XVIII, busta VI. *Muratori, Antichità Estensi, I, 297; Rena e Camici, VII, 2ª par., 44, n. VII; Cianelli, Mem. e Doc., III, 95, nota (46) estr.*

1187. *Lucca, 5 Giugno 1160.*

A. MCLX, non. iun., ind. VIII. Ego Trombertus qd. Benedicti per hanc cartulam vendo et trado tibi Lutterio presb. et can. eccl. et canonice S. Martini, ad partem eiusdem eccl. et canonice, omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius que habeo de omnibus casis et cassinis atque casalinis simulque terris et rebus cultis et incultis, donicatis et massariciis, mobilibus et immobilibus, quas teneo a canonica in l. Massa Macinaria, unde omni anno reddere solitus sum canonice VIII sist. de musto in suprascripto l. et unam medaliam pascioraticum, quas tenet a me Tone de suprascripto l., unde omni anno reddit mihi VIII sist. de musto ibidem et unam medaliam et sol. IV Luc. monete in mense iun. et sol. IV in mense oct. Recepi pretium, sol. CX Luc. Pena dupli et arg. libr. V, et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. Tromberti. S. m. Guiducii qd. Gualandi, Belli qd. Iannini, Mangioaldi qd. Gerardi et suprascripti Toni tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* O. 81. *Nel margine inferiore, sul recto, di mano dello stesso* Dulcis*:* [Lutte]rius presb. debet omni anno recolligere suprascriptos VIII sol., donec sibi placuerit, quia suprascriptos CX sol. dedit de suo proprio.

1188. *Massa Macinaia (Lucca), Giugno 1160.*

Breve memorie, qualiter in l. Massa Macinaria Manasse iuratus dixit, quod ipse consuetus est reddere Henrigo qd. Sigifredi octo diebus antequam iret ultra mare primitus reducere cum asino suo fenum et adnonam et erbam, ubi ipse precipiebat, Vurno vel Cumputo vel Massa vel Castello Novo, et si aliquando

utile erat tollere asinum ei, nuntius eius tollebat et reducebat ad domum, cuius erat, sanum et salvum et consuetus est reddere unum pullastrum singulis annis et duo panicali et duo ova et duo manne de lino et dabat ei guadiam et adiutorium faciebat ei ad manducare. Hoc idem dicit quod faciebant omnes eius vicini, excepto casatum Bonciattori et casatum Bornecti Cacacci qui non tribuunt guadiam; de aliis supradictis non audivit quod facerent et de casa Iohannichi Vernacci non audivit quod faciat supradicta obedientia. Bonellus iuratus dixit idem quod Manasse, excepto de casamenta de Colle, qui sunt homines filiorum Truffe, et de omnibus filiorum Ricci, qui non dant guadiam. Gregorius iuratus dixit idem quod Manasse, excepto quod exceptavit casamentum Bonciattori et Brunecti Cacacci, q. nichil faciunt nisi eorum bona voluntate, et dicit quod alii omnes tribuunt pro bando unum den. vel duo per casamentum. Tinniosus iuratus dixit idem quod Gregorius. Bonaldoro iuratus dixit idem quod Tinniosus. Spina iuratus dixit quod Tinniosus, excepto quod nichil scit dicere de hominibus filiorum Truffe et filiorum Ricci. Martinello iuratus dixit idem quod Gregorius. Massoro iuratus dixit idem quod Martinellus, excepto quod nichil scit de hominibus filiorum Truffe. Maioro iuratus dixit idem quod Gregorius. Cicurinus iuratus dixit idem quod Gregorius. Pascius iuratus dixit idem quod Bonellus, excepto de hominibus filiorum Truffe qui sunt in Colle. Buschetto iuratus dixit quod alii suprascripti, excepto quod exceptavit homines filiorum Truffe et filiorum Ricci et filii Ciuffetti. Masso iuratus dixit idem quod suprascripti et exceptavit casam Bonciattori et Bornecti Cacacci et filiorum Ricci. Doscius iuratus dixit idem quod Masso, excepto quod non exceptavit nisi casamentum Bonciattori et Bornecti Cacacci. Martinus iuratus dixit quod Masso, excepto guadiam, quam non tribuunt homines filiorum Ricci; alia omnia supradicta obediunt. Buianus iuratus dixit idem quod Doscius. Pandulfinus iuratus dixit idem quod alii suprascripti et exceptavit casam Bonciattori et Bornecti Cacacci; de hominibus ff. Truffe dicit quod non dabant guadiam, nisi reclamatio esset de eis. Riccius iuratus dixit idem quod Pandulfinus. Uguiccione iuratus dixit idem quod alii, exceptavit casamentum Bornecti Caccioli et Bonciattori, q. nichil faciunt, et homines ff. Ricci, q. non dant guadiam, set alia faciunt. Guiduccius iuratus dixit idem quod Doscius. Vecchio iuratus dixit idem quod Guiduccius. Bencasanus iuratus dixit idem quod Vecchius. Vivianus iuratus dixit idem quod Bencasanus. Corsus iuratus dixit quod de domo sua nichil habuit Henrigus qd. Sigifredi vel Rustichel-

lus, nisi, cum reclamatio fiebat de eis, dabant guadiam et faciebant adiutorium ad commestionem et commedebant ibi duo homines et illi de Custogiore ibant ad placitum et dabant adiutorium ad comestionem, set guadiam non dabant, illi de Colle nec vadunt ad placitum, nec tribuunt guadiam et pullastrum et ova et panicale et lino et asinum tribuunt; homines canonicorum guadiam dabant et alia supradicta faciunt; homines ff. Riccii non tribuu(n)t guadiam nec pullum, set omnia alia tribuunt. Bottaccius, frater Corsi, iuratus dixit idem quod Corsus. Bonfil(i)o iuratus dixit de casa Corsi idem quod Corsus, de guadia et de aliis dicit quod est consuetus facere; homines de Custogiore dabant guadiam et omnia alia suprascripta; illos de Colle non dabant guadiam nec ad placitum veniebant, alia omnia faciebant; homines Riccii et Guaschi non dabant guadiam, set omnia alia faciebant et guadiam eis erat dimissa propter amorem; casamentum Bornecti Cacaccioli et Bonciattori non veniebant ad placitum; omnes alii homines guadiam dabant et omnia alia faciebant. Vitali iuratus dixit idem quod alii, excepto quod dicit quod homines de casa Corsi et de Colle non dabant guadiam nisi[1] pro reclamatione, set omnia alia faciebant et dicit quod de casa Bornecti Cacaccioli et Bonciattori nichil faciebant, et homines filiorum Ricci et Guaschi non dabant guadiam, alia omnia faciebant. Bla(n)co iuratus dixit idem quod alii de ovis et pullastri et lino et panicale et asino et adiutorium ad commestionem; illi di Custogiore tribuunt guadiam pro reclamatione; illi de Colle non tribuunt guadiam, set illi de Custogiore et Colle omnia alia faciunt; illi de casa Ricci et Guaschi non veniunt; omnia alia tribuunt; casamenta Bornecti Cacaccioli et Bonciattori nichil faciunt. Macaciette iuratus dixit de casa sua quod erat consuetus dare duo ova et unum panicale et una manna de lino et asinum et quod non dabant guadiam, nisi reclamatio facta esset de eis, et dabant adiutorium ad commestionem; idem dicit de casa Corsi; idem dicit de hominibus de Colle et Custogiore quod de se, et quod non dabant guadiam; de casa Bornecti Cacaccioli et Bonciattori dicit idem quod Blancus. Dominichellus iuratus dixit idem de se quod de Maccietto et dabat asinum et nullatenus veniebat ad placitum. Gentello iuratus dixit idem de se quod Dominichellus. Beffignanus iuratus dixit, quod dabat duo panicali et una manna de lino et duo ova et asinum tollebat ei et guadiam non dabat. Albonectus iuratus dixit idem de se quod Beffignanus. Iohannellus iuratus dixit idem de se et de hominibus Guaschi et Riccii quod Beffignanus dixit de se. Barattella iuratus dixit idem de se quod Iohannellus. Signorectus iuratus dixit idem

de se quod Ioh(ann)ellus. Bettoro iuratus dixit idem de se quod Iohannellus. Omnes predicti sacramentales dicunt quod debent facere ostem. Ad hec, Gerardus qd. Guidi et Turchius qd. Malarre Luc. maiores consules, pro se et pro Rainerio f. Truffe et Maluso qd. Curtefidei et Ubaldo f. Malpilii et Uberto qd. Sigifredi et Henrigo qd. Gottifredi eorum sociis consulibus, precipierunt nomine sacramenti suprascriptis sacramentalibus, ut, sicut ipsi sub nomine sacramenti testificati sunt unusquisque toto tempore vite eorum, obediant Rustichello qd. Henrici et eius heredibus et filiis Tinniosi et eorum heredibus. Hoc comandamentum et predicta sacramenta facta sunt in presentia Rolandi iudicis, Ranucci et Rossi gg. qd. Henrici, Bruni qd. Henrici, Landini et Spiriti gg. qd. Guerri et aliorum multorum. A. MCLX, in mense iun., ind. VIII. Suprascripti homines ibi fuerunt. Bonfilius not. imp. his interfui et, preceptu consulum, memorie causa descripsi.

*Copia del sec. XII, di* Guilielmus not. imp.: O. 69. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Attestationes quibus homines nostri de Massa Macinaria subiecti erant dominis de Vurno; et eccl. ista liberavit eos a pauris *(?)* ipsorum *(?)*.

1 *La carta ha:* non

1189. *Lucca, 6 Agosto 1160.*

A. MCLX, VIII id. aug., ind. VIII. Ego Natus qd. Regis per hanc cartulam vendo et trado tibi Bono presb. et rectori hospitalis S. Martini, ad partem hospitalis, medietatem tertię partis de una petia de terra, q. est boscum, in l. Computo u. d. a le Virgaie, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Gualfreducii qd. * *, latus in terra filiorum qd. Maiori, alterum in terra filiorum qd. Ubaldi. Accepi pretium, XIII sol. Luc. den. Pena dupli, sub pena consulum et treuguanorum Luc. et potestatis de Computo, quę sunt vel fuerint. Act. Lucę. S. m. Nati. S. m. Moscionis qd. Guidi, Pisternarii qd. Bernardi, Lupardi qd. Guidi not. tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 188.

1190. *Lucca, 12 Agosto 1160.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu Gualterotti f. Schiatte, Gerardi qd. Vitalis, Guiducii qd. Masnieri et aliorum, Chianni qd. Viviani per fustem, quem sua tenebat manu, investivit Turchium advocatum suprascripte canonice qd. f. Lupicini iudicis, recipientem vice eiusdem eccl. et canonice, eique convenit et promisit, sub pena X libr. arg., et sub pena consulum et treuguanorum Luc. et Luc.

potestatis, quod ipse Chianni vel sui heredes aut aliqua ab eis summissa persona ullo tempore non litigabunt neque molestabunt canonicos, aut cui ipsi dederint, de aqua et piscaria, q. d. Colobraia, in lacu de Massaciuccori. Unde Petrus archipresb., pro se et pro ceteris canonicis, ex parte canonice, per suprascriptum fustem investivit Chianni per feodum de terris, q. sunt in l. Quiesa, quas ipse a canonica tenebat pro pensione XII den. omni anno, quatenus deinde in antea haberet eas et teneret per feodum. Hec acta sunt coram suprascriptis hominibus et coram Tedici qd. Gottefredi, cuius laudamento hoc factum est; nam in eius arbitrio lis, q. erat inter canonicos et Chianni, de suprascripta piscaria et de suprascriptis terris ab utraque parte posita et commissa fuerat. A. MCLX, prid. id. aug., ind. VIII. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp.

*Originale:* L. 138; *Regestum B, c. 83.*

1191. *Lucca, 30 Settembre 1160.*

A. MCLX, prid. kal. oct., ind. IX. Ego Mugnarius qd. Cocchi per hanc cartulam vendo et trado tibi Vurno diac. et can. aeccl. S. Martini, ad partem ipsius ęccl., omnem actionem, locationem, melioramentum et usum atque omne ius, quę habeo de una petia de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. Mugnano, prope aeccl. S. Michaelis, et tenet: unum caput in via publica, alterum in medio fluvio Auseris, latus in terra suprascriptę aeccl., alterum in terra quam tenet Benectus de Plothano a suprascripta ęccl. Recepi pretium, XVI sol. Luc. den. Pena dupli, sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Lucę. S. m. Mugnarii. S. m. Betti qd. Andree, Guidi f. Caparothi, Palmerii qd. Villani tt. Ugo not. imp.

*Originale:* N. 46; *Regestum A, c. 23 v; Regestum B, c. 10. Il Reg. A:* Venditio Mugnarii *etc.* de melioramento de una petia de terra, quam detinebat a nobis prope eccl. de Mugnano *etc.*

1192. *Lucca, 5 Dicembre 1160.*

A. MCLX, non. dec., ind. IX. Nos Calthorarius f. Vecchi monachi et Berta iugales filia qd. Maliregulati, consentiente michi Berte marito meo, ubi interesse videtur notitia Rolandi iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Manso et Macaccio gg. qd. Sasselli sex petias de terris in l. et fin. Guamo, prope eccl. S. Marie de Campitello; prima est ortus et campus cum arboribus cum molino super se et macinis et marulis et aqueductu [1] et canalibus et silva insimul comprehensa; que tenet: unum capud in semitula et in terra nostra, quam tibi similiter vendimus, aliud

in rio, latus unum in rio, q. venit a molino filiorum qd. Savori, et in terra et vinea Gerardelli qd. Signorecti, aliud vie publice et terre et prato Grilli treguani et filiorum qd. Manducalihomini coheret; a qua parte est quedam biscocca; secunda est campus cum arboribus; que: ab uno latere et ab utroque capite vie publice copulatur, aliud latus tenet in via, que per hanc ea(n)dem terram vadit; tertia est silva; q. tenet: unum capud in terra Signorecti et Fulcerocti qd. Vethi, aliud in rio et aliquantulum in terra nostra, quam vobis similiter vendimus, latus unum in terra filiorum qd. Guarmignani, aliud in terra Gerardi qd. Guiliccionis et aquario comunale in quantum sua terra, q. est. silva, comprehendit; quarta est campus cum arboribus cum casa super se, per quam aquarius percurrit; que tenet: unum capud in via publica et aliquantulum in suprascripta silva vobis vendita, aliud in via publica et in suprascripto rio, latus unum in rio et aliquantulum in via publica, aliud suprascripte vie coheret, que inter hanc et suprascriptam secundam petiam vadit; quinta est vinea; q. tenet: unum capud in via publica, q. vadit prope suprascriptam eccl. S. Marie, et in terra Gerardi qd. Guiliccionis, aliud in suprascripta terra et prato Grilli et filiorum qd. Manducalihomini et aliquantulum in suprascripta silva nostra[2] vobis vendita, latus unum in terra filiorum qd. Gualchieri et in terra abbatie de Cantignano, aliud in terra filiorum qd. Benenati et in terra, quam vobis vendimus; sexta est campus; que tenet: unum capud in suprascripto prato, aliud, cum greppo et quodam ceppo de castagno infra se, cum uno latere terre suprascriptorum ff. qd. Benenati copulatur, reliquum latus tenet in suprascripta terra et vinea nostra vobis vendita. Recepimus a te Macaccio, pro te et pro g. tuo, pretium, libr. CL Luc. den. Pena dupli et arg. libr. C et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis que Lucam distringeret. Act. Luce, prope eccl. et mon. S. Iustine. S. m. iugalium, Calthorarius uxori sue consensit. S. m. Alcherii g. suprascripti Calthorarii, Bertolocti qd. Scarote, Ildebrandini qd. Rolandi Gottelle[3] atque Alcherocti qd. Villani tt. Urbicianus not. imp.

*Copia del sec. XII-XIII, di* Guillielmus imperialis aule iudex et not.*:* R. 118. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Carta de terris de Guamo, de quibus dominus Gerardinus *(?)* Massavitelli reddit den. sex.

[1] *Nella ripetizione della formula si aggiunge:* et aldio [2] nostra *è nell'interlineo.* [3] Gottelle *è nell' interlineo.*

1193. *1160.*

« Promissio Baroncelli qd. Marini canonice nostre de reddendo III star. grani et III fabarum vel milii in aug. de una petia

terre, q. est apud S. Angelum in Campo, u. d. Campus di Noce; cuius melioramentum emerat a Brunecto qd. Martini Romani. A. Domini MCLX ».[1]

*Regestum A, c. 36.*

[1] *Mano coeva aggiunge:* De Baroncello Petrus, *e nel margine, la stessa mano:* Pro quo Placitus de Nave aliquando.

1194. *Lucca, 28 Gennaio 1161.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Mar[tini], in conspectu Cantonis qd. Ugolini, Guilielmecti qd. Iohannis, Rainerii qd. Martini Bonci et aliorum, Rustichellus et Bonicus gg. qd. ff. Malcristiani, pro se et pro Tinioso g. eorum, per anulum aureum, quem suis manibus tenebant, investierunt Turchium advocatum suprascripte canonice, quod ipsi gg. vel heredes reddent canonicis S. Martini omni anno in mense aug. in canonica v sist. de grano et IV de milio vel fabis, iusto sist. Luc. venditorio, de una petia de terra, q. est campus, que est inter Plebem S. Pauli et Carrariam, u. d. Lammole[1]; que tenet: unum caput in via publica cum uno latere, alterum caput in terra Bonoti qd. Henrighetti, alterum latus[2] in terra filiorum qd. Usaldini;[3] unde Turchius, ex parte canonice, per parabolam Lutterii presb. et camerarii, suprascriptos gg. investiverat; suprascripti gg. pro se et pro g. eorum obligaverunt se suosque heredes, sub pena C sol. Luc. monete et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, omni anno in suprascripto mense reddere suprascriptum affictum. Et canonici, sub suprascriptis penis, non debent eam eis tollere nec super imponere, donec sic reddiderint, nisi pro laborare ad eorum manus vel pro vendere vel pignorare aut permutare. Et tunc de melioramento sucerati et culti debent eos restaurare in laude duorum vel trium laboratorum. Et peioramentum, si quod ibi fuerit, tenitores debe(n)t emendare in laudamento eorumdem; et canonici debent eis esse de suprascripta terra auctores et defensores ab omni homine. Inter unam et alteram partem concordia fuit, quod suprascripta terra fuit lopinare, et habebant ibi letame, valens den. XII, suprascripti canonici. A. MCLXI, v kal. febr., ind. IX. Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 37; *Regestum A, c. 18 v; Regestum B, c. 15. Il Reg. A:* Hanc (terram) tenet modo Bonaffede et Bonaiuto pro VI (star.) grani et VI fabarum. *Il reg. B pure:* Quam terram hodie tenent Bonaffede et Bonaiutus, ut dicitur *etc.*

[1] *Il Reg. A:* u. d. Lame [2] latus *è nell' interlineo.* [3] *Il Reg. A:* in terra filiorum Usaldini de Burgo

1195. *Lucca, 7 Maggio 1161.*

A. MCLXI, non. mai., ind. IX. Ego Severinus prepositus mon. S. Georrii, quod est situm in civ. Luca, cum consilio et assensu monacorum meorum confratrum ibidem Deo servientium, ex parte mon., per hanc cartulam vendo et trado tibi Malafronti qd. Gerardi quinque petias de terris, q. sunt in l. et fin. Vicu Solari u. d. Piscina Berni. Prima est ortale et campus cum cassina et rebus massariciis super se et regitur per Signorectum massarium, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra tua, latus in terra et media fossa Pathi qd. Gerardi Bretti, alterum cum fossa infra se in terra filiorum qd. Riccomi et S. Iustinę; secunda est ortale ibidem, et tenet: unum caput cum uno latere in terra S. Iustinę et filiorum qd. Riccomi, alterum caput cum uno latere in viis publicis; tertia est ortale ibidem, et tenet: unum caput et unum latus in terra S. Iustinę, alterum caput in via publica, alterum latus in terra Corsi f. Bennolini; quarta est campus ibidem, et tenet: unum caput in via publica, alterum cum uno latere in terra tua, alterum latus in terra et media fossa suprascripti Corsi; quinta est campus in eodem l., et tenet: unum caput in piscina Berni, alterum cum uno latere in terra et fossa suprascripti Corsi, alterum latus in terra, q. fuit suprascripti Riccomi. Has quinque petias et duas alias petias de terris, quas tenent filii qd. Morectuscii a mon., ad reddendum omni anno IV star. de grano et IV de milio, iusto star. Luc., et sunt campi; quarum una est in suprascripto l. Vicu Solari, prope Piscinam Berni, et tenet: unum caput in terra, quam tenet Stephanus gener qd. Bellonis, alterum in terra, quam tenet Enricus Bruni, latus in terra Guidi et Ugolini gg. et de eorum consortibus, alterum in terra Rolandi tavernarii; alia petia est in l. Lammari u. d. Ceppa, et tenet: unum caput in terra Pascii qd. Falconis, alterum in terra, quam tenet Baroncius qd. [...]boni, latus in terra, quam tenent ipse Baroncius et Gerardinus qd. Stephani et suprascripti Pascii, alterum in via publica, tibi eas vendo et trado. Accepi pretium, XVIII libr. Luc. den., quarum VI dedi Viviano Sciotte pro medietate de terra et mulino de Coselle, quam [a]b [e]o emi, ad partem mon., alias VI libr. solvi Bennolino qd. Foll(i?), pro quibus ei obligata erat suprascripta massaricia, alias VI solvi de debito suprascripti mon. Pena dupli et arg. libr. XX. Act. Luce, sub porticu suprascripti mon.[1] [S. m. ...]cti qd. Bonfilii, Amici qd. Iohannis, Foretani qd. Angeli tt. [Ugo not.] imp.[2]

*Originale:* P. 152.

[1] *Manca il* S. m. *di* Severinus [2] *Il not. è certamente, come si rileva dalla scrittura, l'* Ugo *dei regesti nn. 1174, 1177, 1189, 1191.*

**1196.** *17 Agosto 1161.*

A. MCLXI, XVI kal. sept., ind. IX. Ego[1] Riccomus qd. Boni et Bona iugalis filia Pethani, consentiente michi Bone viro meo, ubi interfuit notitia Spiritus et Domti gg. meorum, a quibus interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam pignoris nomine damus et tradimus atque obligamus tibi Presbitero qd. Petri Corbi omne ius et actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum, quod nobis pertinet de sex petiis de terris in l. et fin. Marlia. Prima est campus u. d. a la Maccia, iuxta terram quam tenet Dulcettus cum suis consortibus, que est, iusta pert. mensurata, una quarra de cultra; secunda est campus u. d. a la Fraga, iuxta terram Corsi qd. Pandolfini, que est per mensuram XXI star.; tertia est hortus cum arboribus u. d. Ripaia, iuxta terram Viviani qd. Boni, que est per mensuram una quarra de cultra, vel si plus est; quarta est hortus cum cassina u. d. in Vicinato, ubi nos habitamus; quinta est item hortus iuxta terram Rolanduccii qd. Ugolini, que est per mensuram una quarra; sexta est u. d. a la Vinea, iuxta terram Rolandi qd. Sassi, que est per mensuram una quarra de cultra. Similiter pignoris nomine obligamus tibi omne ius et actionem, tenimentum, melioramentum et usum, quod nobis pertinet de omnibus aliis terris, quas detinemus ab hospitali S. Martini. Damus et obligamus tali tenore: Si tu Presbiter vel tui heredes aut cui vos dederitis, in damnietatem veneritis, quod nos iugales vel nostri heredes vel cui nos dederimus omni anno non reddamus solitam pensionem de tribus petiis de terris, prima est campus u. d. Pruno, secunda est item campus in eodem l., tertia est item campus dicitur Cintolle, quas detinemus per tenimentum a suprascripto hospitali et tibi eas vendidimus, ita quod tu et tui heredes vel cui vos dederitis nullam pensionem exinde reddere debeatis et nos non emendaverimus vobis damnum ipsum, secundum fuerit, infra XXX proximos dies post inquisitionem, quod deinde in antea de pignore potestatem habeatis vendendi et iterum pignorandi et faciendi quicquid volueritis. Pena dupli, et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. prope eccl. et hospitalem Sancti [...]. S. m. iugalium, Riccomus uxori sue consensit. S. m. Henrici qd. Landini, Corsi qd. Iuminiani, Paltunerii qd. Petri tt. Gattus not. imp.

*Originale:* P. 106. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus: Preterea suprascripti iugales obligaverunt suprascriptum pignus suprascripto Presbitero si ipse vel heredes aut cui dederint in damnietatem venerint de suprascripta venditione trium petiarum de terris vel de isto pignore [per] Bonam uxorem Riccomi vel per suos heredes et infra suprascripto termino non emendaverint damnum eis, quod postea de isto pignore face[re]

possint quod voluerint. Suprascripti tt. Predictus Riccomus per Domini evangelia iuravit, quod tota terra, quod monstravit Presbitero, erat [...] tenimento hospitalis, ut ei dixit, quod ipse detinebat ab hospitale pro III sol. omni anno pensione; et suum ius de suprascriptis terris [...], quas vendidit Presbitero, neque de suprascriptis terris istius pignoris non erat datum neque obligatum, ut damnietas esset Presbitero vel suis [heredibus]; et si non emendaret damnietatem, non mitteret litem vel molestiam de pignore i[psi Presbitero vel eius ?] heredibus, nisi quantum remanserit per eius parabolam.

1 Ego *è nell' interlineo.*

1197. *Lucca, 23 Febbraio 1162.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. B. Cristofani de Arco, bonorum virorum presentia quorum nomina subter notantur, Turchius qd. Luppicini advocatus eccl. et canonice B. Martini, ab una parte, litigante pro suprascripta eccl. et canonica, et Amicus qd. Iohannis, ex altera parte, litigans pro se et pro g. suo et pro consorte suo Iohanni, dederunt inter se investitionem et ad invicem promiserunt, sub pena libr. XX arg. et consulum et treguanorum Luc., qui nunc sunt vel erunt, quod omni tempore prefatus advocatus eiusve successores et predicti gg. et Iohannes et eorum heredes tenebunt firmum et stabile quicquid Guido causidicus et Guascus qd. Arturii atque Gottefredus qd. Curradi Luc. causarum consules laudaverint de lite et controversia, q. inter eos vertebatur, de una media cultra de terra, quam Amicus Turchio pro predicta eccl. requirebat et Turchius negabat, et de CVI sist. de blava, que Turchius dicebat habere debere cum Luc. sist., quale modo percurrit vel per tempora percurreret, et Amicus dicebat reddere debere cum star. antico, et Turchius requirebat ei tantum granum, qui erat valens sol. X, de hoc quod minus dederat ei, scilicet quia dederat ei fabas et milium. Prenominati consules, diligenter auditam litem, et utriusque partis iuramento calunnie prestito, et rationibus et allegationibus auditis, et testibus iureiurando auditis, laudaverunt sic: Turchium a petitione terre, que ei facta erat, absolverunt et Amicum condennaverunt in IV mod. de blava cum star. de Classo venditorio, qui modo currit, scilicet XXXVI star. de grano, XXX de fabis et XXX de milio, et hoc solvat dehinc ad proximam mediam Quadragesimam et deinceps in antea omni anno reddat de terra de S. Angelo in Campo[1] Amicus et frater eius et eorum heredes et proheredes in mense sept. star. X de grano bono sicco et VII de fabe bone et VII de milio bono, ad iusto star. venditorium qui modo percurrit, et Iohannes et eius heredes hac proheredes star. VII de grano bono et V de milio bono et IV de fabe bone, ad iustum star. qui modo percurrit;[2] Amicus tribuat Turchio sol. II dehinc ad predictum terminum; ab aliis eum absolverunt, salva conventione cartule, quod non possint eam dare vel obligare, sicut continetur in car-

tula Ughi not. regis; et canonici S. Martini tribuant manducare duobus hominibus, q. reduxerint blavam pro Amico et eius fratre, panem et caseum, et pro Iohanni duobus hominibus similiter. Presentia: Gorbolani qd. Henrici, Antelmini qd. Antelmini, Promicerii f. Truffe, Tempangnini qd. Suffredi, Alchieri f. Vechi et aliorum. A. MCLXII, VII kal. mar., ind. X. Guido causidicus Luc. civis consul ss. Supradicti homines ibi fuerunt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* G. 166; *Regestum A, c. 35 v.*

[1] *Il passo* de terra de S. Angelo in Campo *è scritto nell' interlineo.* [2] *Segue, nell' interlineo, il passo, di cui alla nota 1, espunto.*

1198. *Genova, 10 Marzo 1162.*

Alexander (papa). Iohanni abb. eccl. S. Michahelis de Quiesa eiusque fratribus monasticam vitam professis. Prefatum mon. sub b. Petri et nostra protectione suscipimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona mon. iuste possidet aut in futurum poterit adipisci firma permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Castrum de Quiesa cum pertinentiis suis, hospitale, iuxta prefatum mon. situm, cum possessionibus suis, eccl. S. Angeli in Campo cum decimis et pertinentiis suis et alias possessiones quas ibidem habere noscimini, eccl. S. Marie de Schiava cum decimis et possessionibus suis et alias possessiones, quas ibi habetis, eccl. Ss. Iusti et Clementis cum decimis et possessionibus suis, eccl. S. Nicholai, in castro de Sala sitam, cum decimis et possessionibus suis, alias possessiones, quas ibidem habetis, hospitale, iuxta eccl. S. Salvatoris positum, cum possessionibus suis, quicquid habetis in Monteclo et in confinibus suis, quicquid habetis in Bozano, in Chiatri, in Noceto, in Monte, in Magiano, in villa q. d. Nave, in confinibus Pontis Marchionis, in burgo Plozani, in Urbiciano, in Massaciuculi, in Caprile, piscariam de la Guscione, quicquid habetis in lacu de Massaciuccoli, montem de Cucuma, hospitale de Calcaiola cum possessionibus suis, eccl. S. Michahelis de Lame cum decimis et possessionibus suis, quicquid habetis in Veclano, in Nodica, in Malaventria, in Lame, in Metato, in Albaro, in Porcilia, decimas quoque a quadraginta retro annis a vobis quiete possessas, vobis confirmamus, sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, salva tamen canonica iustitia ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Dat. Ianue, per manum Hermanni S. R. Eccl. subdiac. et not., VI id. mar., ind. X. A. M°C°LX°I°, pontif. Alexandri pp. III a. III.

*Originale:* CC. 27. *Sigillo plumbeo, perduto. Pflugk-H., Acta, III, 208, n. 200; Jaffé-L., n. 10701; Kehr, Italia Pontificia, III, 370, n. 1.*

1199. *Chiesa di S. Donato (Lucca), 18 Marzo 1162.*

A. MCLXII, XV kal. apr., ind. X. Nos Gratianus qd. Gerardini et Mateldina iugales filia qd. Ciattonis, consentiente mihi marito meo, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Preite f. qd. Petri Corbi nostram portionem, q. est tertia pars, vel quantum nobis pertinet de una petia de terra, canpus cum arboribus, in l. Capannore u. d. Greppo; tenet: unum caput in terra et dimidia fossa Hildebrandini Baldini, alterum in via et semitula, latus unum in terra S. Quirici da Capannore, alterum in terra de mon. S. Petri da Potheule; pro pretio XIV sol. den. Luc. Pena dupli et consulum et treguanorum Luc. Act. foras civ. Luca, in eccl. S. Donati. S. m. Gratiani et Mateldine, Gratianus coniugi sue consensit. Rolandus iudex imp. interfui et ss. S. m. Guilielmini da Sartiano qd. Morecti, Aschuini qd. Gotifredi Asquini et Beccatelli qd. Becchi Vernati tt. Ciprianus not. imp.

*Originale:* V. 10. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ciprianus: Preite investivit Gratianum in heredibus et proheredibus ad reddendum omni anno per totum mensem aug. de suprascripta compera unum star. de grano per affictum, ita quod si non reddiderint, Preite habeat potestatem eam dandi ad laborandum cuicumque ei placuerit. Gratianus iuravit per Domini evangelia ita: Ego iamdictam comperam neque pignus istius non habeo alienatam nec obligatam alicui persone vel loco, quod sit dannietas Preite vel suis heredibus, sive cui ipsi dederint. De tertio suprascripte terre Gratianus cum suis consortibus reddunt omni anno Preite unum star. de grano per affictum, sicut consueti sunt reddere. *Cf. il reg. seguente.*

1200. *Chiesa di S. Donato (Lucca), 18 Marzo 1162.*

A. MCLXII, XV kal. apr., ind. X. Nos Gratianus qd. Gerardini et Mateldina iugales[1] per hanc cartulam nomine pignoris damus et tradimus atque obligamus tibi Preite f. qd. Petri Corbi nostram portionem, q. est medietas, unius petie de terra, ortus cum arboribus cum cassina super se, in l. Capannore; tenet ambo capita in viis publicis, latus unum in terra et dimidia fossa filiorum qd. Orlandi Preite, aliud, cum tota fossa infra se, in terra Gontinelli qd. Hildebrandi. Damus atque obligamus eo modo: si tu Preite vel tui heredes sive cui vos dederitis aliquo tempore fueritis inbrigati seu molestati ex parte germanorum meorum qui supra Gratiano sive alicuius persone, de nostra portione, q. est tertia pars, vel quantum nobis pertinet, de una petia de terra campia cum arboribus in l. Capannore u. d. a Greppo, quam tibi odie pro pretio XIV sol. vendidimus, sicut in cartula vendictionis, scripta manu Cipriani not. imp., continetur, quod nos disbrigabimus eam vobis, si potuerimus, vel emendabimus vobis cap(ut) tan-

tum de dannietate infra xxx dies post inquisitionem; et si ita non observaverimus, quod possitis reverti supra hoc pignus, et in pena consulum et treguanorum Luc. ita observare. Repromittimus una cum nostris heredibus tibi tuisque heredibus, ut si nos vobis intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere vobis pignoris obligationem in duplum. Act. foras civ. Luca, in eccl. S. Donati. S. m. iugalium, Gratianus coniugi sue consensit.[2]

*Originale:* Q. 63.

[1] *Segue come nel reg. precedente.* [2] *Segue il resto dell'escatocollo come nel reg. precedente.*

1201. *Borgo S. Frediano (Lucca), 19 Giugno 1162.*

Breve memorie, qualiter in Burgo B. Fridiani, bonorum virorum presentia nomina quorum in subiectis describuntur, Paganus qd. Rolandi f. dixit et guarentavit, quod iam sunt xx annos transactos, quod ipse dederat eccl. et canonice et mon. B. Petri de l. Potheuli sol. XVIII de riccoltu in l. S. Ienuario u. d. Vitialla et in eorum fin. et VI star. de grano in l. Pescia u. d. Strada, ad currentem star. Pisciatinum, et III pullastros; et quia cartulam eidem eccl. nondum fecerat, facit eam, dicens: Volo et ordino et dispono atque precipio, ut deinceps in antea prenominata eccl. et mon. habeat et omni anno recolligat predictos XVIII sol., quos in l. S. Genuario u. d. Vitialla recolliguntur, et predictos VI sist. de grano de l. Pescia, ubi Strada dicitur, ad currentem Pisciatinum star., cum III pullastris quos ibi recolliguntur; que omnia volo ut mon. sine omni molestia recolligat. Hec dicta et ordinata sunt presentia Rolandini, prenominati Leporella, Quarticciuoli de l. Quarto, Henrici de Pupillio, Lamberti de Pupillio qd. Gottefredi. A. MCLXII, XIII iul. kal., ind. X. Supradicti homines ibi fuerunt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* I. 167.

1202. *Borgo S. Frediano (Lucca), 19 Giugno 1162.*

A. MCLXII, XIII iul. kal., ind. X. Ego Paganus qd. Rolandi f. per hanc cartulam offero tibi eccl. et canonice atque mon. B. Petri de l. Potheuli tribus petiis de terris in l. et fin. Vico Solari. Prima est ortus in suprascripto l. u. d. Campo, et tenet: unum caput in terra[1] mea, quam mihi reservo, sicut terminatum est, cum uno latere, aliut caput in terra filiorum qd. Guilielmi qd. Saracini, aliut latus in via publica; quam detinet Bonomus, unde omni anno den. VI recolliguntur; secunda est ortus similiter et d. Martinati: caput unum in via publica tenet, aliut cum ambobus

lateribus in terra quam mihi reservo tenet, sicut termini demostrant; quam Fascianus et Martinus tenent, unde omni anno den. XII reddunt; tertia item est ortus in l. u. d. al Potho, et tenet: unum caput in via publica, aliut in terra mea, quam mihi reservo, et in terra suprascriptorum ff. qd. Guilielmi, lateras ambas in terra mea, quam mihi reservo, sicut designatum est; et tenent eam Martinus et Fascianus, et recolligitur a Martino omni anno den. XII et a Fasciano sol. III omni anno in mense aug. Offero, quatenus pro anoale post obitum meum omni anno predictos den. recolligatis, et predictis terris sint in proprietate eccl. et mon. et potestate presb. et clericorum, q. pre tempora in eccl. et mon. fuerint ordinati et in ea officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitate eccl. et mon. Pena dupli et arg. libr. xx. Act. Burgo S. Fridiani. S. m. Pagani. S. m. Rolandini, prenominati Leporella, Quarticciuoli de Quarto, Henrici de Pupillio, Lamberti de Pupillio qd. Gottefredi tt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* X. 73. *Nel verso, da mano del sec. XV:* Carta Pagani qd. Rolandi de S. Cassiano a Vicum.

[1] *Segue* nostra *cancellato.*

1203. *Lucca, 25 Giugno 1162.*

A. MCLXII, VII kal. iul., ind. x. Nos Penduculus qd. Federici f. et Panfilia iugalis eius et filia qd. Guilielmetti, michi Panfilie consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Guinisii not. et Rolandini f. Ceci propinquiorum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto abati et rectori mon. et eccl. B. Petri de l. Potheuli unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus, in l. et fin. Tassignano u. d. Piano; que: unum caput in via publica tenet, aliut in terra Antelminelli et in terra Rembi qd. Gottefredi et in terra Carionis, latus unum in terra iamdicti Antelminelli et in terra Ughi qd. Gottefredi, aliut in terra prenominati Rembi. Est per mensura mod. VI, minus unam quarram. Pretium LXXI libr. et medio Luc. den. recepimus. Pena dupli et arg. libr. C et consulum et treguanorum Luc., q. nunc sunt vel erunt, [vel] alterius potestatis. Act. Luca. S. m. iugalium, Penduculus uxori sue consensit. S. m. Guinisii et Rolandini, q. ad interrogandam Panfiliam interfuerunt. S. m. Suffreducci qd. Ugolini, Rolandi qd. Cristofani, Uberti qd. Sigifredi, Pathi qd. Gerardi, Tassignani qd. Henrici tt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* H. 98.

1204. *Borgo S. Frediano (Lucca), 9 Settembre 1162.*

A. MCLXII, quinto id. sept., ind. undecima.[1] Nos Fuffurus et Martinus atque Oddo gg. ff. qd. Tedalgardi et Berta iugales prefati Fuffuri filia qd. Doscii et Tedora iugales predicti Martini filia Widucii Checcuri, consen(tien)tibus nobis Berte et Tedore viris nostris, ubi interfuit notitia Iacobi iudicis imp., a quo interrogate (sumus) secundum edicti paginam, insimul nos gg. pro nobis et pro Rolando et Uberto nepotibus nostris, ff. gg. qd. Dominici q. fuit g. nostro, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Alberto presb. abb. ęccl. mon. S. Petri de Potheolo, ad opus mon., unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. Paganico, prope ęccl. S. Marię: caput unum tenet in terra Ciophori et in terra filiorum qd. Riccardini et in terra Rolandini qd. Benedicti, alterum in via publica, latus unum in terra Boctacii qd. Rolandini, alterum in via publica et aliquantulum in terra suprascripti Rolandini, sicut terminata et designata est. Ab Anselmo presb. camerario eiusdem mon. recepimus pretium, libr. XXVIII den. Luc. monete. Pena dupli, et sub pena consulum et treuguanorum Luc. vel de alia potestate que Luce dominetur. Act. foris Lucam, in Burgo qui S. Fridiani appellatur. S. m. iugalium et Oddonis, Fuffurus et Martinus suis uxoribus consenserunt. Iacobus iudex imp. interfui et ss. S. m. Pathi qd. Gerardi Werriscii g. suprascriptorum gg. qd. Tebaldi, Uberti qd. Sefreducii monaci, Martini qd. Scephani, Pugnetti qd. Adriani tt. Gattus not. imp.

*Originale:* Q. 161. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus*:* Preterea Fuffurus et Martinus atque Oddo se suosque heredes, sub suprascripta pena consulum et treuguanorum Luc. vel de alia potestate, que Luce dominetur, et cc sol. suprascripte monete, obbligaverunt, infra XXX proximos dies post inquisitionem, postquam suprascripti nepotes ad perfectam ętatem venerint, facere illos facere cartulam venditionis de eorum portione, q. est quarta portio, suprascriptę petię de terra, in persona suprascripti ab-b[a]tis vel sui successoris, ad opus mon., in laude sui sapientis pro suprascripto pretio; et si mon. per illos vel per eorum heredes exinde in damnum venerit, ipsi Fuffurus et Martinus atque Oddo vel eorum heredes, infra suprascriptum terminum XXX dierum post inquisitionem, emendare suprascripto abb. [ve]l suis successoribus, ad opus mon. secundum quod damnum fuerit rationabiliter tantum. Suprascripti tt. et datale et ind.

[1] *Il passo* quinto id. sept., ind. undecima *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.*

1205. *Lucca, 29 Dicembre 1162.*

A. MCLXIII, IV kal. ian., ind. XII.[1] Nos Pathus qd. Gerardi et Adalascia iugales filia qd. Gerardi, consentiente mihi Adalascie viro meo, ubi interfuit notitia Iacobi iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum et parentum nostrorum remedio dona-

mus et offerrimus tibi eccl. et mon. S. Petri de Potheolo nostram portionem, q. est tertia portio, de tribus casis et rebus massariciis, quas habemus in confinibus S. Ianuarii u. d. S. Marię a Tofolo; prima regitur per Ciprianum massarium, secunda per Dondurum, tertia per Bronettum, cum omnibus terris et rebus ad eas pertinentibus. Item donamus et offerimus nostram portionem, q. est medietas, de casa et re massaricia, quam habemus in l. u. d. Morteto, et regitur per * * massarium, cum omnibus terris et rebus ad eam pertinentibus. De quibus casis et rebus soliti sumus recolligere omni anno, a predicto Cipriano XIV den. et a Bonduro XV den. et a Bronecto XIV den., omnes Luc. monete, et inter omnes istos tres omni anno tres somas musti, ad star. eiusdem terre, tractum et missum in butte quam habemus in suprascripto l. S. Marie ad Tofolum. Et a suprascripto * *, et inter duos annos albergariam quattuor hominibus cum equitaturis semper sumus soliti recipere a Cipriano et Donduro et Bronecto; videlicet tribuunt cenam et annonam. Et suprascriptus * * dat prandium in mane eisdem quattuor hominibus. Donamus et tradimus atque offerimus inrevocabiliter ita quod nullo casu possimus eam revocare, servato tamen usufructu dum vixerimus nobis ambobus vel uni ex nobis, tali ordine, ut post obitum nostrum omnia suprascripta sint in proprietate mon. et potestate abbatis et monacorum, q. in mon. fuerint ordinati et in eo officium Deo fecerint, habendi et fruendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitate mon. Pena dupli et arg. libr. X, sub pena etiam consulum et treuguanorum Luc., vel alterius potestatis, que Luce dominetur. Act. Luce, in casa eorumdem iugalium. S. m. iugalium, Pathus coniugi sue consensit. Iacobus iudex imp. interfui et ss. S. m. Uberti qd. Sefreducii, Pugnetti qd. Martini, Henrigetti f. eius tt. Gattus not. imp.

*Originale:* I. 134. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus: Hęc cartula tali est facta tenore: Si Pathus habuerit filium masculum de legitima uxore, qui perveniat ad perfectam ętatem, hec cartula evanescat; sin autem firma et rata omni (tempore) permaneat, sub suprascriptis penis. Suprascripti tt. et datale.

1 *L' indizione greca XII corrisponderebbe veramente al dicembre 1163.*

1206. *Lucca, 18 Gennaio 1163.*

A. MCLXIII, XV kal. febr., ind. XI. Ego Bonasoro qd. Ubertelli et uxor Albertini, mihi consentiente viro meo et interveniente notitia Gottifredi qd. Gottifredi et Rolandi qd. Ughiccionis fratrum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartul[am] dono et trado vobis Gerardino et Antelmino gg. ff. meis omnes casas et cassinas et terras cultas et

incultas atque agrestas, quas habeo in l. Riscetulo et Montemagno sive in eorum fin.; quas mihi pertinent ex parte canonice B. Martini, de quibus presbiteris castaldio est. Similiter vobis dono et trado omnes alias terras, si plures sunt. Excipio et antepono quod habeo in l. Camaiore. A te Gerardino, pro te et pro g. tuo, meritum accepi, anulum aureum. Pena dupli. Act. Luce. S. m. Bonesorori, Albertinus uxori sue consensit et Gottifredi et Rolandi propinquiori Bonesorori ad interrogandum eam interfuerunt. S. m. Porrata qd. Lamberti, Guardaboi f. eius, Donati qd. Riccomi, Antelmini qd. Antelmini, Malapose qd. Guilielmini, Bertelocti qd. Scarote, Parisii qd. Gualtieri tt. Bartholomeus not. imp.

*Copia del sec. XII, di* Bonusfilius not. imp. *autenticata dallo stesso* Bartholomeus*:* C. 34. *Dopo la sottoscrizione del not. rog. segue:* Hec cartula eo tenore facta est, quod si predicti ff. mei qui supra Bonasoro ante etatem mortui fuerint, hec donatio in me revertatur, et eo modo, ut postquam predicti ff. mei habuerint etatem et ego inquisiero tutores, ut faciant meum comandamentum; quod si fecerint, hec donatio sit firma, sin autem nic(h)il valeat. Suprascripti tt.

1207. *Lucca, 26 Febbraio 1163.*

A. MCLXIII, IV kal. mar., ind. XI. Ego Ranucius qd. Rodelossi, pro me et pro Bernardo g. meo, pro animarum suprascripti patris nostri et Mainetti g. nostri remedio ac salute, offero tibi ęccl. et canonice B. Martini Luc. urbis, quę caput est Luc. ępiscopatus, duas petias de terris, q. sunt campi, in l. et fin. Miatę.[1] Una tenet: unum caput in Montiolo, alterum in marmoraia, latus in terra filiorum qd. Africantis, alterum in terra Trombe qd. * *; secunda tenet: unum caput in terra ęccl. S. Petri de suprascripto l. Miata, alterum in terra Guilielmi qd. Buevvanghe, latus in terra suprascripti Trombe, alterum in terra suprascriptę ęccl. S. Petri. Has duas petias, ex quibus olim reddebantur IV star. et medium de grano, tibi ęccl. et canonicę offero, ut ammodo sint in proprietate aeccl. et canonicę S. Martini et in potestate canonicorum, q. nunc in ea sunt vel pre tempore fuerint, eas habendi atque fruendi eis ad eorum usum et commodum iamdictę aeccl. Si ego vel mei heredes tibi ęccl. S. Martini, vel canonicis, q. in ea divina celebraverint officia, in aliquod de suprascriptis terris egerimus, et eas non defenderimus, spondemus componere oblationem in duplum. Act. Lucę, in suprascripta canonica. S. m. Ranucii. S. m. Acursi qd. Gottifredi, Albertini qd. Vitalis, Rugerii qd. Malagonnelle tt. Ugo not. imp.

*Originale:* L. 103*; Regestum A, c. 47; Regestum B, c. 61. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo*:* Prefata oblatio eo modo facta est, ut non liceat canonicis suprascriptas terras ullo tempore vendere vel alienare. Preterea Ranucius, in pena consulum et treuguanorum Luc. et

potestatis Luc. presentium et futurorum, pepigit et convenit Plebano archipresb., Guilielmo primicerio, Lottario presb. et cantori et Caro atque Guarnerio presbiteris nec non Manfredo subdiac. canonicis, quod, revertente Bernardo g. suo, infra xv proximos dies post inquisitionem, ipse Ranucius eiusve heredes facere facient eum de medietate suprascriptarum terrarum prelibatę ęccl. et canonicę quicquid eius sapiens laudaverit. Suprascripti tt. et datale.

[1] *Il Reg. B ha:* in confinibus Admiatę, dicti pleberii, *riferendosi alla rubrica, che dice:* De plebe Masse Pisane *etc.* *Il Reg, A:* quas detinuit Magioro (Magioro *fu scritto da mano coeva nello spazio lasciato in bianco)* pro IIII star. grani; nunc vero detinet Aldibrandinus qd. Scotti de Via Cava pro IIII star. grani similiter, quia emit melioramentum a predicto.

1208. *Palmata (Lucca), 21 Aprile 1163.*

A. MCLXIII, XI kal. madii, ind. XI. Nos Angelo et Gratiano gg. qd. Bonfilii per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Uberto abati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheule, ad partem suprascripte eccl., omne ius et actionem et locationem, usum et derictum et melioramentum atque omne ius, que nobis pertinere videtur, de omnibus terris et rebus, quales et quantas nobis pertinere videtur a predicta eccl. et mon. in l. Palmatula et in eius fin. Acceperamus pretium, sol. IX. Pena dupli et sol. C. Act. Palmatula, intus canonica. S. m. gg. S. m. Morectini qd. Grossi, Dominici qd. Serandi, Rolandi qd. Riccardi tt. Romanus not. imp.

*Originale:* Q. 200. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Romanus*:* Predicti gg. et eorum heredibus hac proheredibus debent reddere omni anno ad mon., per totum mensem ian., una libra de oleo de predicta venditione, iusta libra Luc. civ. venditoria, qualis pro tempore ibi erit.

1209. *Palmata (Lucca), 23 Aprile 1163.*

Notitia breve causa memorie, qualiter in l. Palmatula, intus canonica, presentia bonorum homminum eorum nomina subter leguntur, Bruno qd. Beraldi per fustem, quem in suis detinebat manibus, investivit Ildibrandum[1] monacum de l. Potheule eccl. S. Petri de predicto l. Potheule, ad partem predicte eccl. et mon., sub penam sol. CC et penam potestatis, per quam corrigitur, et comsulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum, quod ipse et sui heredes ac proheredibus reddiderint omni anno ad mon. per totum mensem ian. de illa possessione, quam a mon. abet in l. Palmatula et in eius fin., una libra olei, iusta libra Luc. civ. venditoria, qualis pro tempore ibi erit, pro restauratione illius fraudis quam predictus Brunus olim fecerat a mon. et pro anime sue remedio. Presentia: Rolandi qd. Riccardi, Dominici qd. Serandi, Morectini qd. Grossori et relicorum. A. MCLXIII, IX kal.

madii, ind. XI. Romanus not. imp. Omnes suprascripti ibi fuerunt.

*Originale:* R 85. *Nel margine inferiore, sul recto, di mano dello stesso* Romanus*:* Probatio.

[1] Ildibrandum *è scritto su rasura.*

1210. *Chiesa di S. Maria al Corso (Lucca), 10 Maggio 1163.*

A. MCLXIII, VI id. mai., ind. XI. Nos Signorectus et Ringhius gg. qd. Stephani per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Corso qd. f. Martini omnes terras cultas et incultas donicatas et massaritias, quas a nobis detinet Serectus qd. Stephani. Has terras et res cum omni iure et dericto, actione, que habemus de una petia de terra, quam tecum in comune habebamus in l. Padule, tibi vendimus et tradimus. Recepimus pretium, XXIV sol. Luc. Pena dupli, sub pena Luc. consulum et tre[guan]orum presentium et futurorum. (Act.) prope civ. Lucam, intus eccl. S. Marie de Curso Marchionis. S. m. Signorecti et Ringhii. S. m. Grilli qd. Volte, Baldiccioni qd. Iohanni, Andree qd. Guilielmi tt. Rainerius not. imp.

*Copia del sec. XII-XIII, di* Manninus Henrici Rom. imp. iudex ordinarius eiusdemque not.*:* N. 138.

1211. *Porcari (Lucca), 15 Luglio 1163.*

A. MCLXIII, id. iul., ind. XI. Ego Malatanca qd. Baldunci per hanc cartulam vendo et trado tibi Bonoiohanni qd. Martinunci omnes casas et cassinas seu casalina, terras et res, quas a te emi in locis et fin. plebę S. Ianuarii, unde dedi tibi XL sol. Luc. monetę. Recepi pretium, LVI sol. predictę monetę. Pena dupli et arg. libr. V, et sub pena Paganelli qd. Rolandi eiusque heredum et Luc. potestatis et consulum et treguanorum Luc., que et qui sunt vel erunt. Act. Porcari, intus ęccl. S. Giusti. S. m. Maletanghię. S. m. Malagallię f. Lanfranghi, Bolgarelli f. Ruberti de Ponte genneri suprascripti Maletanghię, Erighiecti de Controne, Malvicini qd. Ildibrandi not., Serandi qd. Villani de Trenbio, Giordani de plebe et[1] qd. Cicori de Trenbio tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* L. 36. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Aldibrandus*:* Conventio talis est inter eos, quod Malatanca debet dare omnia suprascripta Boniohanni in pace ita, ut ipse ab eo recepit, sub suprascripta pena et obligatione, preter unam petiolam de terra, quam ipse vendidit XII den.; si potest recuperare eam, reddet ei; sin autem reddet XII den. ei Boniohanni sine fraude.

[1] *Manca il nome.*

1212. *Saltocchio (Lucca), 18 Agosto 1163.*

Notitia breve causa memorie, qualiter in l. Saltochio, prope eccl. S. Andree, presentia bonorum homminum nomina corum subter leguntur, Posectus atque Carectus gg. qd. Bonfilii per fustem, quem in suis detinebant manibus, investierunt Rolamdinum qd. Riccardi, pro persona Uberti abatis de l. Potheule, quod ipsi et eorum heredes ac proheredibus reddiderint omni anno suprascripto abati suisque succesoribus sol. II per totum mensem ian. de duobus petiis de terris, q. sunt orti, in l. Saltochio; prima d. Vimgnaiore, et tenet: unum capud in terra Diaconelli qd. Termucci, aliut in terra Macagnani qd. Baldini, latus unum in terra Ribolli qd. Martini, aliut in terra Romanelli qd. Homodei; secunda d. Rabbori, et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliut caput in terra suprascripti Diaconelli, aliut latus in terra filiorum qd. Stefani. Et si predicti gg. vel eorum heredes hac proheredibus non reddiderint omni anno predictam pensionem, aut si terra refutaverint, sint compondituri penam arg. sol. C et consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum, et, penam solutam, hoc breve sit firmum cum eadem pena. Presentia: Pagani presb., Bonfilii diac., Neri qd. Stefani, Corsi f. Rolamdi, Marchi, Rustichi et relicorum. A. MCLXIII, XV kal. sept., ind. X.[1] Romanus not. imp. Omnes suprascripti ibi fuerunt.

*Originale:* P. 146.

[1] *L' indizione corrisponderebbe se fosse usato il computo pisano (= 1162).*

1213. *Lucca, 26 Agosto 1163.*

Cum sollempniter ad iustitiam faciendam vocati venire contempnunt, ratio iuris eorum contumaciam per missionem in possessionem punit. Igitur Fortisguerra causidicus Ildebrandi de Octavo f. et Ubertus Dente Luc. causarum consules, residentes infra Luc. civ., in ęccl. S. Cristophani de Arcu, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, pro se et pro Lanfredo qd. Soffredi eorum socio, investierunt Putafelcem missum eorum, quatinus per eorum parabolam ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate mitteret in tenere et in possessione corporaliter Quarticiolum advocatum eccl. et mon. S. Petri de Potheole, pro mon., in una petia de terra, q. est olivetus, in l. et fin. Massa Macinaria u. d. Campo Cotthi; quę ab uno capite unitur vie publice, aliut caput tenet in terra Lietori qd. Vitaliori et aliquantulum in terra eccl. et canonicę S. Martini Luc. episcopatus, latus unum in terra filiorum qd. Sonelli et in terra suprascripte canonicę S. Martini, alterum in terra eiusdem canonicę, quam Mansus detinet; quam petiam de terra predictus advocatus ab ęccl.

et canonicis S. Martini petebat et ipsi tertio citati, ad rationem inde faciendam venire contempserunt; tali lege atque tenore: quod qualicumque die dehinc ad unum proximum annum canonaci venerint ad iustitiam faciendam suprascripto advocato vel eius successori pro suprascripto mon. de suprascripta terra, dato convenienti pignore in manus consulum de placito, ad eorum voluntatem, et redditis mon. sol. II de dato civitatis et den. VIII de breve isto et den. VIII de duabus equitaturis et III de misso, hec possessio in suprascriptam canonicam revertatur; si vero infra annum ad rationem faciendam non venerint, post annum predictum mon. comodo possessoris utatur et predicta canonica honere petitoris gravetur; et si post annum ad rationem faciendam venerint, semper primo reddant predictos den. de dato et de misso et de equitaturis et breve isto, qui pro hac investitione dati sunt, mon. semper habente fructus deinceps suprascripte terre pro rata temporis et salva ratione aliarum omnium personarum. In presentia: Guaschi qd. Arcurii, Gerardini qd. Cingesacchi, Alluccii qd. Allicionis, Lutterii qd. Bornetti, et aliorum plurium. A. MCLXIII, VII kal. sept., ind. XI. Predictus ergo Putafelce venit ad predictam terram et predictum advocatum pro eccl. et mon. S. Petri corporaliter in tenere et in possessionem misit. Fortisguerra f. Ildebrandi de Octavo Luc. causarum consul hec feci et ss. Urbicianus not. imp.

*Originale:* S. 152.

1214. *Lucca, 3 Settembre 1163.*

A. MCLXIII, III non. sept., ind. XII. Nos Rolandinus qd. Alfreducci et Ghisalbertus qd. Abolfini et Ughiccione et Gerardinus gg. qd. Martini tutores et curatores Caleffi qd. Angeli, quia qd. Angelus nobis potestatem dedit vendendi et comutandi de rebus eius, sicut continetur in cartula Bartholomei not., per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Uberto habati eccl. et mon. S. Petri de l. Potheuli, de rebus Caleffi, videlicet omne ius et actionem et derictum et usum, quod pertinet Caleffo, de una petia de terra, q. est campus, in l. et fin. Capannole u. d. Lappeta, quam Angelus a mon. habuit et detinuit; que tenet: unum caput in via publica, aliut cum uno latere in terra mon., aliut latus in terra et dimidia fossa Iohannis et Plebanis gg. de S. Ienuario. Pretium LXV sol. Luc. den. recepimus. Si Caleffus vel eius heredes in aliquod intentionaverint, et si nos vel eos defensores dare volueritis et nos vel ipsi non defenderimus vel defenderint, spondemus nos (tutores) Caleffum vel eius heredes conposituros tibi Uberto vel tuis successoribus venditionem in dupplum, et penam

arg. libr. x et consulum et treguanorum Luc., q. modo sunt vel erunt, sive alterius Luc. potestatis. Act. Luca. S. m. suprascriptorum mundualdorum. S. m. Guidi qd. Petri, Quarticcioli qd. Lamberti, Civolle qd. Benenati tt. Bonusfilius not. imp.

*Originale:* V. 6. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Bonusfilius: Rolandinus et Ghisalbertus et Ughiccione atque Gerardinus convenerunt et promiserunt expedire terram a tenitoribus et esse auctores et defensores. Suprascripti tt. et ind.

1215. *Lucca, 18 Ottobre 1163.*

A. MCLXIII, XV kal. nov., ind. XII. Nos Mansus et Hildebrandinus gg. ff. qd. Bonfilii per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Benenato g. nostro omnem actionem, tenimentum, usum et libellariam atque omne ius, quod nobis pertinet de nostris portionibus, que sunt due portiones, de quarta portione, vel quantum nobis pertinet, de uno molino maneulo cum sedio et sua pertinentia, videlicet aquiducio, greppis, canalibus et macinis et marulis, quod videtur esse in l. Massa Macinaia u. d. in Valle. Vendimus pro pretio XXVIII sol. den. Luc. Pena dupli et C sol. Luc. et illius potestatis, que pro tempore Massam Macinaiam distringerit. Act. Luce. S. m. Mansi et Hildebrandini. S. m. Cari qd. Pagani, Occuli qd. Morelli et Mencori qd. Saltocchi tt. Cip[ri]anus not. imp.

*Originale:* O. 119. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Iste sunt cartule de molendino [Masse Maci]narie, quod obtulit Benenatus conversus *(?)* noster *(?)* B. Martino et suis canonicis.

1216. *Lucca, 20 Dicembre 1163.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in civ. Luca, in eccl. S. Cristophani de Arcu, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, Gualandus presb. eccl. S. Georgii de Sorbano Lei Iudicis,[1] pro ipsa sua eccl. litigando, ab una parte, et Tathus qd. Lupicini litigando, ab altera parte, de una petia de terra, q. est ortale cum arboribus, in suprascripto l., prope ęccl., quam presb. Gualandus a Tatho petebat, ut eam suę eccl. restitueret. Invicem inter se investitionem dederunt et, sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. ac sol. CC Luc. monete, predictus sacerdos se suosque successores et predictam ęccl., et Tathus se suosque heredes obligavit, quod quicquid Fortisguerra causidicus Ildebrandi de Octavo f., Lanfredus qd. Soffredi et Ubertus Dente Luc. causarum consules per laudamentum iudicarent et dicerent, ratum et firmum haberent in perpetuum. Consules, sacramento calumpnie et testium hinc inde prestito, causa diligenter examinata, laudaverunt ita: ut Tathus

eiusque heredes ac proheredes perpetuo habeant suprascriptam petiam de terra per tenimentum, ad reddendum omni anno per totum mensem sept., ad partem eccl. S. Georgii, in suprascripto l. star. III de bono grano, ad iustum star. Luc. civ. venditorium. In presentia: Uberti et Blanconis causidicorum, Tedici qd. * *, Rainaldi qd. Omodei, Symeonis qd. Ildebrandi, Pagani qd. Petri Corbi, Henrigi Burrelli et aliorum plurium. A. MCLXIII, XIII kal. ian., ind. XII. Fortisguerra f. Ildebrandi de Octavo Lucanarum causarum consul hec feci et ss. Suprascripti homines ibi fuere. Urbicianus not. imp.

*Originale*: E. 85.

1 —dicis *è nell' interlineo.*

1217. *1163.*

« Venditio predicti Rolanduccii[1] de melioramento suo de predicta terra canonice S. Martini, unde reddebat XVIII star. grani et VIIII fabarum; q. erat cultra una et medium; que tenet: caput in via publica, alterum in terra (* *), alterum caput cum uno latere in terra Pandulfini qd. Fulcieri cum mediis fossis, alterum latus in terra filiorum Montonis de Curte Viti et in terra et media fossa Ugolini de lo Scranna. A. Domini MCLXIII ».

*Regestum A, c. 28.*

1 *Cf. il reg. n. 967, cui si riferisce.*

1218. *Presso la chiesa di S. Frediano (Lucca), 4 Gennaio 1164.*

A. MCLXIV, prid. non. ian., ind. XII. Nos[1] Werrus qd. Bronecti et Bona iugales filia Manfredi, consentiente mihi Bone viro meo, ubi interfuit notitia Walandi iudicis imp., a quo interrogata (sum) secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Presbitero qd. Petri Corbi nostram portionem, q. est medietas, de una petia de terra, q. est campus cum tribus arboribus, in l. Capannule u. d. in Lappeta: caput unum tenet in simitula, alterum in terra et dimidia fossa abbatie de Potheolo, latus unum in terra S. Quirici, alterum in terra suprascripte abbatie. Est per mensuram, iusta pert. mensurata, media cultra inter totam. Tibi eam vendimus, ita tamen, quod nos et nostri heredes ac proheredes eam habere et detinere debeamus per tenimentum, reddendo omni anno ad casam habitationis tuę II sist. frumenti, cum iusto star., quali pre tempore in Luca currit, tibi et tuis heredibus ac proheredibus. Recepimus aurum pro pretio sol. XXVIII Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treuguanorum Luc. vel alterius potestatis, quę Luce dominetur. Act. in casa suprascripti iudicis, prope ęccl. S. Fridiani. S. m. iu-

galium, Werrus uxori suę consensit. Gualandus inperialis aule iudex interfui. S. m. Preitelei qd. Sefredi, Ugolini qd. Lamberti, Nerbotti qd. Lupicini tt. Gattus not. imp.

*Originale:* V. 1 *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus*:* Werrus per Domini evangelia iuravit, quod suprascripta terra non erat data neque obligata nec obligaret in antea, ut damnietas esset Presbitero vel suis heredibus, et omni anno pagaret suprascripta duo sist. de grano per totum mensem aug., nisi quantum remanserit per parabolam eiusdem Presbiteri vel heredum et secundum quod ei parabolam dederit ad terminum vel terminos sic observabit. In presentia vero suprascriptorum testium Werrus obligavit se et heredes ac proheredes omni anno reddere suprascripta II star. de grano per totum aug., sub pena C sol. et consulum et treuguanorum Luc. vel alterius potestatis, quę Luce dominetur; et Presbiter, sub eisdem penis, obligavit se et heredes ac proheredes non retollere suprascriptam terram neque aliquid superimponere illis, si ut dictum est eis observatum fuerit. Suprascripto datale et locum et ind.

[1] Nos *è nell' interlineo.*

1219. *Pugnano, 22 Febbraio 1164.*

A. MCLXIV, VIII kal. mar., ind. XII. Ego Bonacurso qd. Uberti per hanc cartulam dono et trado tibi Mingarde qd. Sabatini medietatem de omnibus casis et terris et rebus meis mobilibus et inmobilibus, servis et ancillis adque nutriminibus, quas modo habeo et quod adquisiero, et cum omni iure et proprietate et hactione sua. Meritum recepi a Bocto g. tuo pro tua persona, ensem unam. Pena dupli. Hact. Pugnano. S. m. Bonacurso. S. m. Guntolini qd. Boniti et Veccli qd. Boniti et Tignosi qd. Manni et Benenato qd. Uberti tt. Villanus not. appostolice Sedis.

*Originale:* M. 183. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Villanus*:* Et repromissionem in persona suprascripti Bocti g. tui ad defendendu[m qui?] per manum tenet, ad penam arg. libr. X; ad suprascriptum datare meritum et testes. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* Parum valet*; e da mano del sec. XV:* In civitate.

1220. *Lucca, 13 Giugno 1164.*

A. MCLXIV, id. iun., ind. XII. Ego Carfaniana relicta qd. Sabatini et filia qd. Villani, mihi consentiente Gorbolano qd. Henrigi mundualdo meo, per hanc cartulam do et trado tibi Ubaldo qd. Gerardi in dote pro Starna f. mea omne ius et actionem et melioramentum, que mihi pertinet per tenimentum ab eccl. S. Martini, reddendo omni anno den. VI de mea portione, q. est medietas, de duabus petiis de terris, q. sunt campi cum castaneis super se, in l. et fin. Massa Pisana, unde redduntur omni anno star. VI de grano et III de fabis et III de milio, vel si plus est. Prima tenet: unum caput in terra filiorum qd. Donati, aliud in Monte di Plano del prato, latus in terra S. Martini, aliud in terra Detisalvi f. Viviani et in terra Rubei qd. * *; secunda tenet: unum caput

in rio, qui d. Guatpalo, aliud cum ambobus lateribus in terra S. Martini. Et do et trado tibi duas petias de terris in suprascripto l. et fin.; quarum prima est campus, in l. u. d. Vignalunga, unde redditur omni anno star. II de grano, vel si plus est; tenet: unum caput cum uno latere in terra S. Petri, aliud caput in via publica, aliud latus in terra Ubertelli Molathani; secunda est cum casa super se in l. u. d. Noceto, unde redditur omni anno star. VI de musto; que tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra Noceti qd. * *, aliud latus in terra Amici qd. * *. A te Ubaldo recepi meritum, anulum aurei. Pena dupli et ad penam consulum et treguanorum Luc. vel alterius potestatis, que pro tempore Luc. civitati prefuerit, et in pena VIII (li)br. arg. Act. Luce. Predicta Carfaniana hanc cartulam fieri rogavit, et Gorbolanus ei consensit. Henrigus qd. Hugheri, Bernardus qd. Benecti, Rolandus qd. Gufi, Ugolinus qd. Bongiovanni, Monte qd. Rolandini tt. interfuerunt. Gottefredus not. imp.

*Originale:* B. 81 ; *Regestum B, c. 65 v.*

1221. *1 Luglio 1164.*

« Cichus et Ubertus gg. condam Menchuccii reddere promiserunt (Luc.) archipresb. annuatim, nomine libelli, somas III vini, ad rationem star. XXIIII$^{or}$ per somam, ad star. de l. dicto Montecatino, de duabus petiis terrarum, q. sunt in l. u. d. a Tora, prope u. d. alle Pera, prope Freddanam. Manu Guilielmi not. (A.) M°C°LXIIII°, kal. iul. ».

*Regestum B, c. 58 v.*

1222. *Lucca, 19 Luglio 1164.*

A. MCLXIV, XIV kal. aug., ind. XII. Ego Ildebrandinus[1] qd. Malestaffe pro patris mei anime et animę qd. Alvisę matris meę remedio ac salute et per illud iudicatum quod ipse Malastaffa fecerat, per hanc cartulam offero tibi ęccl. et canonicę S. Martini, quę sita est in civ. Luca et est caput Luc. episcopatus, unam petiam de terra, q. est campus, in l. Parathana u. d. Campo de Narscis, et tenet: unum caput in terra et media fossa filiarum qd. Ranucini,[2] alterum in terra et media fossa Guidi de Burgo, latus in terra et media fossa suprascriptę ęccl. S. Martini, alterum in terra et media fossa filiarum qd. Ughi Pelliciarii. Hanc petiam, de qua omni anno redduntur II star. de grano et I de fabis vel de milio, iusto star. Luc., offero, ut ammodo sit in proprietate ęccl. et canonicę et in potestate canonicorum, q. in ea sunt vel fuerint et in ea divina celebraverint officia, eam habendi

atque fruendi, ad eorum usum et utilitatem ęccl. Pena dupli. Act. Lucę, in suprascripta canonica. S. m. Ildebrandini. S. m. Rembi qd. Gottifredi, Rossi qd. Bernardi, Incontri qd. Bernarducii tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 33; *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v.*

[1] *Il Reg. A aggiunge:* De Aldibrando fuit Napoleone nepos eius, qui predicta redditam faciebat; modo vero detinet hanc terram et illam, quam supradictus Rossus refutavit *(cf. il reg. n. 1291)*, quedam mulier de Parathana et reddit inde xxiiii star. blave. [2] *Il Reg. A:* Ranuccini Mardule

1223. *Pozzeveri (Lucca), 4 Agosto 1164.*

Breve memoriale, qualiter in l. et fin. Pontheuli, iuxta mon. eiusdem loci, sub presentia bonorum virorum quorum nomina inferius declarabuntur, Hispinellus qd. Bernardini et Folle qd. Ruberti per fustem, quem in suis manibus tenebant, investierunt Ubertum presb.[1] abb. mon., quod ipsi et eorum heredes omni anno in mense dec. reddent mon. sex verrocghia de bonis anguillis siccis de duabus viis, quę sunt in l. Padule u. d. Via Vitricicala, et tenent: ambo capita in suprascripta via et altera capita in via hospitalis de Altepascio; et debent reddere hoc totum afictum, sub pena domini Paganelli[2] eiusque heredum. Et si casu contincerit, ut aliquis eorum moriatur sine filio vel filia de legintima uxore, volo et iudico pro anime meę remedio suprascripto mon. omne ius et actionem, derictum et mellioramentum, que michi conti(n)git, de suprascriptis viis. Quando ipsi reddent anguillas, debent habere commestionem uno homini. Presentia: Hughicionis pre(s)b. de Porcari, Moroni qd. Vitorelli, Beneacolti qd. Gerardi et Willielmi qd. Ronti. A. MCLXIV, prid. non. aug., ind. XII. Suprascripti homines ibi fuerunt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* X. 34.

[1] *L'orig. ha:* plesb. [2] Paganelli *è scritto nell' interlineo.*

1224. *6 Agosto 1164.*

« Sentententia inter eccl. nostram et predictum Porcellum[1] de predicto orto,[2] in qua confessus est Porcellus, quod de predicto orto reddebat nobis sol. V et I gallinam; per quam vicimus medietatem predicti tenimenti, aliam retinuit ad reddendum de ea den. XXX et mediam gallinam. A. Domini MCLXIIII, octavo yd. aug. ».

*Regestum A, c. 16.*

[1] *Cf. il reg. n. 459, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* quem tenet modo Maria

1225. *Lucca, 9 Settembre 1164.*

A. MCLXIV, V id. sept., ind. XIII. Nos Truffa et Bernardinus gg. qd. Gualchieri per hanc cartulam pro nobis et pro Arturio g. nostro, per illam potestatem quam nobis omnium bonorum suorum dedit vendendi, permutandi, alienandi, sicuti legitur in instrumento scripto manu Urbiciani not. imp., in permutationem dare et tradere videmur tibi presb. Beritho ęccl. S. Michaelis de l. Dammiata,[1] ad partem suprascripte eccl., duas petias de terris in suprascripto l., prope eandem ęccl. Prima, q. est campus, tenet: unum caput in terra predicte eccl., aliud in terra Novilonis cum tota fossa infra se, latus unum in terra et media fossa Lanfranchini et Rolandini gg. qd. Guidi, aliud in terra Tegrimi qd. Tegrimi; secunda est palus cum arboribus, in l. Volmiano, et tenet: unum caput in fluvio Auseris, aliud cum uno latere in terra Tiniosi Bonardini, aliud latus in terra predicte eccl. Insuper tradimus tibi sol. XV [den.] Luc. monete pro melioramento unius petie de terra suprascripte eccl., quam a te ex parte ipsius eccl. pro suprascriptis [petiis] in permutationem recepimus, que est cum arboribus in l. Volmiano, [et tenet]: unum caput in via publica, aliud, cum fossa infra se, in terra suprascripti Lanfranchini et Rolandini [... et in terra ...]uci Thochi et filiorum qd. Ceci, ambo latera in terra nostra. Pena dupli, [sub] pena CC sol. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel potestatis, que domin[etur Lucae?]. Act. Luca. S. m. gg. S. m. Sornaci qd. Boccadibue, Stranbi qd. Guidi, Malpilii qd. Buoni, Tegrimi qd. Tegrimi. Appollonius not. imp.

*Originale:* L. 112.

[1] *Anche nel verso, da mano coeva:* de Dammiata.

1226. *15 Ottobre 1164.*

« Baronciellus f. Marini reddere tenetur annuatim Luc. capitulo star. tria grani et tria fabarum vel milii de una petia terre, q. esse videtur in l. u. d. in Campo di Noce. Manu Cipriani not. (A.) M°CLX°IIII°, idus octubris ».

*Regestum B, c. 47 v.*

1227. *Pescia, 27 Novembre 1164.*

Breve recordatione, qualiter factum est, actum Piscie Maiori, in presentia bonorum hominum quorum nomina supter leguntur, Ugo castaldus qd. Enrici de curia de Piscia Maiore et Enrigus qd. Blanci et Rainaldinus f. Guiducci et Lambertuccius qd. Menchi missus Pagani qd. Rolandi scarii de suprascripta cu-

ria, per se et eorum socii, ex parte Federighi imp., dominus suprascripte curie et suprascripti Pagani, q. habet partem de suprascripta curia et de tota suprascripta curia, per fustem, quem tenebant in manibus, investierunt Serandum qd. Gualandi de tota terra, quod ipse habet et detinet aliquo l., quod fuit Giungnuri de S. Iorgio, quod aquisivit quondam ab Albertino Gogi; unde receperunt servitium, ad opus curie, XXIV den. ab ipso Serando. In presentia: Bifolchi f. Gerarducci et Rolandini qd. Enrici et Turinghelli qd. Marinelli. A. MCLXIV, V kal. dec., ind. XIII. Toscius not. sacri pal. ibi fui et hoc breve scripsi et ex precepto suprascripti castaldi et scarii.

*Originale:* M. 110.

1228. *Lucca, (20-30) Gennaio 1165.*

A. MCLXV, [... ter]tio kal. febr., ind. XIII. Ego Martinus qd. Signorecti qd. Betti per hanc cartulam vendo et trado vobis Spine qd. Banbacelli et Vitali qd. Mencucci atque Ciaffarino genero eiusdem Vitalis et f. Pagani, medietatem tibi Spine et aliam medietatem vobis Vitali et Ciaffarino, septem petias de terris in l. et fin. Massa Macinaria. Prima est ortus cum arboribus in l. u. d. in Monte et in Colle; que tenet: unum caput in terra, quam tu Vitalis detines, aliud cum uno latere in terra Guidonis et Gerardini gg. qd. Ricci, alterum latus in terra tua, Vitalis; secunda est olivetus ibidem; que tenet: unum caput in terra filiorum qd. Soffredi de Vurno, aliud in terra tua Vitalis, latus unum in terra Martinelli qd. Martignani, alterum in terra Spine qd. Lietori et Gerardi qd. Gregorii; tertia est castagnetus ibidem; que tenet: unum caput in terra suprascripti Gerardini qd. Gregorii, aliud cum uno latere in terra tua Vitalis, reliquum latus in terra filiorum qd. Truffe; quarta item est castagnetus ibidem; que tenet: unum caput in rivo, aliud in terra filiorum qd. Truffe, latus in terra Tinniosi qd. Guiducci et Martinelli qd. Martignani, alterum in terra filiorum qd. Vicini de Cortina; quinta item est castagnetus ibidem; que tenet: ambo capita in terra tua Vitalis, latus unum in terra suprascriptorum ff. qd. Ricci, alterum in terra, quam Petrus de Monte ab eisdem ff. qd. Ricci detinet; sexta item est silva ibidem; q. tenet: unum caput cum uno latere in terra tua Vitalis, aliud caput in terra suprascriptorum ff. qd. Ricci, quam tu Vitalis detines, alterum latus in terra eorumdem ff. qd. Ricci, quam egomet detineo; septima similiter est silva [ibi]dem u. d. a Moriccio; que tenet: unum caput in terra Martinelli qd. Martignani et Gerardini qd. Gregorii, aliud cum uno latere in terra tua Vitalis, reliquum latus in terra

tua Spine, quam tumet Vitalis detines. Recepi a vobis pretium, sol. XL Luc. mon[ete, medie]tatem a te Spina, medietatem a vobis Vitali et Ciaffarino. Pena dupli et arg. libr. I, et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret, et sub pena potestatis, que terram meę habitationis distringit. Act. Luce. S. m. Martini. S. m. Bertolotti qd. Scarote, Gerardi qd. Gallete, et Ranucci qd. Henrigi iudicis tt. Urbicianus not. imp.

*Originale:* O. 10. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Urbicianus: Preterea Martinus convenit suprascriptis Spine *etc.*, et sub predicta pena consulum *etc.* et potestatis *etc.* et potestatis *etc.* ac sol. c Luc. monete se suosque heredes obligavit, quod, ex quo Ildebrandinus f. suus habebit completam XVIII annorum etatem, faciet eum facere de suprascriptis terris cartulam suprascriptis Spine *etc.* vel eorum heredibus, in laude eorum sapientis, infra dies XXX post inquisitionem proximos, sine aliquo alio pretio tunc inde solvendo. Suprascripti tt., locus, ind. et dotale.

1229. *Lucca, 30 Gennaio 1165.*

A. MCLXV, III kal. febr., ind. XIII. Ego Rossus qd. Ildebrandi per hanc cartulam vendo et trado tibi Baldicioni presb. et can.[1] aeccl. et canonicę B. Martini Luc. civ., ad proprietatem ipsius aeccl. et ad utilitatem vestimentorum catholicorum canonicorum eiusdem aeccl. ibidem iugiter Deo et b. Martino servientium, unam petiam de terra, q. campus est cum nuce super se, in l. Cilliano, prope Plebem S. Pauli, et tenet: unum caput in terra et media fossa filiorum qd. Arturii, et S. Reparatę, et uxoris Gottifredi Rossi et Emanni f. Paganelli,[2] alterum in terra ff. qd. Arturii et uxoris Gottifredi Rossi et suprascripti Ermanni, sicut termini sunt, latus in terra et media fossa hospitalis S. Pontiani, alterum in via publica. Hanc petiam q. est, cum iusta pert. mensurata, mod. unum et medium,[3] vel si plus est, tibi vendo et trado ita, ut ullo modo non liceat canonicis presentibus vel futuris prefatam terram vendere vel alienare aut obligare ulli personę vel loco, et servato ipsius terrę usufructu tibi Baldicioni presb., quandiu vixeris, pro voluntate tua. Accepi pretium, sol. CCCC Luc. den., quos pro animę tuę salute ad emendam suprascriptam terram, ad utilitatem vestimentorum,[4] de tuis bonis dedisti. Pena dupli et arg. libr. L, in pena consulum et treuguanorum Luc. et potestatis Luc. tam presentium quam futurorum. Act. Lucę, in suprascripta aeccl. S. Martini. S. m. Rossi. S. m. Antelminelli qd. Antelmini, Ildebrandi f. Simeonis, Quintavalle qd. Huberti, Rembi qd. Gottifredi, Viviani qd. Pagani, Laboratoris qd. Romani tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 94; *Regestum A, c. 18; Regestum B, c. 5 v. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Rossus, in pena consulum

et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, convenit Baldicioni, quod suprascripta terra ulli personę vel loco non est alienata vel obligata, quod damnum ęssęt aeccl. B. Martini. Suprascripti tt. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* De ista terra Fridianus et frater eius xxIIII star. grani; quam comparavit prior Baldicio. *Poi da mano del sec. XIII:* Orlandus reddit modo.

[1] *Il Reg. A:* Compera eiusdem prioris *etc., cf. i regesti nn. 1257, 1274.* [2] *Il Reg. A:* Ermanni qd. Paganelli de Porcari [3] *Il Reg. A:* que (terra) est cultra una et medietas [4] *Il Reg. A aggiunge:* Hanc terram detinent Guido qd. Petri qd. Fridiani et Cristoforus qd. Fridiani pro uno modio grani.

1230. *Massarosa (Lucca), 1 Febbraio 1165.*

Breve ad memoriam habendam, qualiter infra castellum, Massagrosi prenominatum, presentia multorum ac bonorum hominum quorum nomina inferius apparebunt, Arriguccius, Marchese prenominatus, f. qd. Bernardi et Gerardinellus f. qd. Bosonis, ambo insimul, in domo sacerdotis eccl. eiusdem castelli, per fustem, quem in suis detinebant manibus, per bonam fidem sine fraude corporaliter investierunt Lutterium presb. et cantorem, Vurnum cammerarium et diac., magistrum Hermannum subdiac. S. R. Eccl., canonici S. Martini, de molendino, quod ipsi in alodio S. Martini, loco Quarceti hedificare debent, quod canonici locationis titulo eis locaverunt. Qua de re ipsi Arriguccius et Gerardinellus et eorum heredes pensio den. sol. xvi per singulos annos mense madii intrante aut exeunte canonicis S. Martini in vita Arriguccii eis retdere debent et mortuo Arriguccio quisquis pro eo possederit partem suam, q. est medietas suprascripti molendini, sol. x retdere debet, nisi heres genuerit; si ex eo proprie heres est, ita quod non sit adoptivus, ipse heres pro pensione viii sol. ex nostra permissione habeat pars patris, alioquin, si quis pro eo possederit, sol. x retdat etiam in vita ipsius Arriguccii; alia medietas Gerardinellus in vita Arriguccii pro pensione sol. viii habeat, nisi Arriguccius partem suam vendiderit, nam si vendiderit, etiam eo vivente, Gerardinellus sol. x retdat et si non vendiderit et obierit, statim quiqui in totum molendinum possederint, pensio xx sol. reddere debent. Similiter investierunt eos, quod si erit eis vel eorum heredibus voluntas vendendi molendinum, quod primum debent inquirere dominos suos canonicos, canonicis inquisitis, si volunt emere, emant, sin autem infra unum mensem eis renuntiare debent sic vel non et ipsi et eorum heredes habeant potestatem, post factam inquisitionem mense transacto, molendini vendendi et quicquid eis, salvo iure dominii, placuerit, faciendi. Preterea Arriguccius et Gerardinellus obligaverunt sese et suos heredes, ad penam libr. L arg., adversus canonicos omnia, q. in hac cartula apparent scripta,

observare. Presentia: Milgnani qd. Iohannis, Bernardi qd. Grilli, Caroni qd. Martini, Ugolini qd. Bernardi, Dominici qd. Magnani, Marroni qd. Foscoli, Boni qd. Bellonis. A. MCLXV, kal. febr., ind. XIII. Martinus imp. not. huic instrumento, presentia suprascriptorum tt., semper adfui et memoriter scripsi.

*Originale:* N. 119.

1231. *Lucca, 14 Febbraio 1165.*

A. MCLXV, XVI kal. mar., ind. XIII. Ego Benenatus qd. Gerardi per hanc cartulam vendo et trado vobis Marchesino magistro qd. Belloni et Amato qd. Pieri unam petiam de terra, q. est casalinus, foras murum Luc. civ., prope eccl. S. Columbani, sicuti antiquum edificium istius casalini stetit; tenet: unum caput cum uno lato in muro civ., alterum cum alio lato in via publica. Predictum casalinum vobis vendo et trado, tibi Marchesino medietatem et tibi Amato aliam medietatem, pro pretio XXXVI sol. den. Luc., medietas pretii suprascripti Marchesini et altera medietas Amati. Pena dupli et C sol. et [con]sulum et treguanorum Luc. vel de quali potestate Lucam distringerit. Act. Luce, u. d. in Curte Regis. S. m. Benenati. S. m. Romite qd. Ugolini Bolgarelli Roncilliati naturalis f. qd. Hildebrandi, Calciecti qd. Bonfil[...], [...]dulfini qd. Henrigoli tt. Ciprianus not. imp.

*Originale:* S. 60. *Dopo la sottoscrizione del not. segue, di mano dello stesso* Ciprianus: Benenatus, presentia predictorum testium, obligavit se suosque heredes, sub iamdicta pena, si Marchesinus et Amatus vel eorum heredes aliquo tempore habuerint aliquam dannietatem ex parte Beatricis uxoris sue in suprascripta vendictione, sive per aliam personam, emendare eis de dannietate infra XXX dies post inquisitionem.

1232. *Lucca, 15 Marzo 1165.*

A. MCLXV, id. mar., ind. XIII. Nos Guilielmus primicerius et Lutterius presb. et cantor atque Caro et Albertus et Damianus presbiteri, Vurnus et Romeus et Manfredus diac., Ermannus subdiac. canonici eccl. et canonice S. Martini, ex parte eccl. et canonice, pro nobis et pro ceteris canonicis et per parabolam Baldicionis presb. et Ugonis diac., per hanc cartulam pignoris nomine damus et tradimus ac obligamus tibi Iacopino qd. Brunecti unam petiam de terra suprascripte eccl. et canonice, que est campus, in l. qui d. Via Mezana, quę fuit qd. Maleguische, sicut per capita et latera invenitur et inferius designatur. Damus et obligamus pro libr. XV Luc. monete, quas nobis mutuo dedisti et pro earum merito et beneficio, sicut inferius continetur. Pena dupli. Act. Luce. Predicta terra tenet: unum caput in terra filiorum qd. Rodelossi et in via communi

suprascriptorum ff. qd. Rodelossi et suprascripte canonice, aliud in terra filiorum qd. Guarmignani, latus in terra suprascriptorum ff. qd. Rodelossi, aliud in via publica. Predicti den. dati fuerunt Lucanis consulibus pro reversione canonicorum, q. expulsi erant propter scandalum Romanae Eccl. Guilielmus primicerius hoc pignus subscribendo confirmo. Lotterius presb. et cantor ss. S. m. Ranuccini qd. Ceciorini, Baldinocti qd. Albertini, Mallii qd. Denaioli tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* R. 200. *Barsocchini, Mem. e Doc., V, par. III, 688, n. MDCCCXXII. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis*:* Hec cartula tali tenore et tali pacto facta est, quod canonici tenere debent suprascriptos den. debinc ad XII proximos annos et reddere eos possint quacumque die voluerint ante terminum et post terminum. Post terminum, si Iacopinus requisierit suprascriptas XV libr. Luc. den., canonici debeant ei eas reddere infra LX dies proximos post inquisitionem. Si autem non requisierit post terminum, suprascripti den. sint apud canonicam post terminum *(*post terminum *è nell'interlineo)* eodem pacto et eadem conditione, qua fuerint infra terminum, videlicet pactum et conditio tale esse debet: Canonici dare debent Iacopino in beneficio, donec ipse vixerit et den. apud eos fuerint, pro unoquoque die IV panes de mensa eorum, quod si ita completum non fuerit in capite uniuscuiusque edomade recuperetur et emendetur ei, et si Iacopinus moriatur infra terminum XII annorum, den. sint in proprietate canonicorum pro anime sue et qd. patris sui et matris remedio ac salute; ita quod post obitum suum, infra LX proximos dies post inquisitionem eis factam a commissariis suis, canonici dare debeant suprascriptos den. in terram cum den., quos ipsi commissarii eis insuper dederint per ipsius Iacopini dispositionem et ordinamentum, et facere anniversarium suum et qd. patris sui et matris. Si den. in terram non dederint, potestatem habeant commissarii requirendi eos et habendi et tenendi ad eorum voluntatem. Si totum, ut dictum est, observatum fuerit a canonicis, hec cartula sit inanis et vacua et in eos revertatur, sin autem deinde in antea Iacopinus et sui heredes potestatem habeant de suprascripta terra faciendi [qui]cquid eis placuerit. Sic inter se ad invicem facere et observare ambe partes convenerunt et promiserunt, ut suprascriptum est, sub pena XX libr. arg. et consulum et treuguanorum Luc. et Luc. potestatis, qui vel que pro tempore fuerint. Suprascripti tt. et datale et locus, et ego Dulcis not. hec omnia scripsi.

1233. *Lucca, 2 Giugno 1165.*

A. MCLXV, IV non. iun., ind. XIII. Nos Marchesinus magister qd. Bellonis et Amatus qd. Petri per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Plebano, S. Luc. aeccl. in episcopum ęlecto, medietatem et vobis Guilielmo primicerio et Lutterio sacerdoti et cantori, canonicis suprascriptę ęccl. B. Martini, aliam medietatem, ad partem eiusdem aeccl., de una petia de terra, q. est casalinum foris muro Luc. civ., prope ęccl. S. Columbani, sicut antiquum fuit ędificium, et tenet: unum caput cum uno latere in muro civ., alterum caput cum uno' latere in via publica. A vobis pretium accepimus, L sol. Luc. den. Pena dupli, in pena consulum et treuguanorum Luc. et potestatis Luc. presentium et futurorum. Act. Lucę, in canonica suprascriptę aeccl. S. Martini.

S. m. Marchesini et Amati. S. m. Cigolini qd. Uberti, Benectini f. Gerardini, Tignosi qd. Guilielmi tt. Ugo not. imp.

*Originale:* F. 36. *Bertini, Mem. e Doc., IV, part. II, append. 138, n. CVI, con l'a. 1164. Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ugo: Marchesinus et Amatus, sub iamdicta pena consulum et treuguanorum Luc. et Luc. potestatis, convenerunt et promiserunt Plebano, Guilielmo et Lutterio, si eis vel eorum successoribus de iamdicta venditione ab eorum uxoribus vel ab alia persona lis vel molestia ęvenerit, quod ipsi eorumque heredes actores et defensores eis inde erunt ab omni homine. Suprascripti tt. et datale.

[1] *Così l'orig. per* alio

1234. *Lucca, 7 Giugno 1165.*

A. MCLXV, VII id. iun., ind. XIII. Nos Ughicione f. Martini Cascioli conversus et Dei devotus et ęccl. S. Micaellis de Luca, que dicitur ad Forum, et Tedora uxor eius et qd. Bonghiebovis, ego Tedora consentiente mihi viro meo, ubi interfuit notitia Iacobi iudicis imp., a quo interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Uberto presb. abb. mon. S. Petri de l. Pontheuli, ad utilitatem mon., omne ius et actionem et libellariam, derictum et tenimentum atque mellioramentum, que nobis pertinet de una petia de terra, q. est vinea cum olivis, quam detinemus a predicto mon., in l. et fin. Moriano u. d. Istanbio; que tenet: ca(put) * *. Recepimus pretium, III libr. Luc. den. Pena dupli et arg. libr. V et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium et futurorum et alterius potestatis, que Lucam distringerit. Act. Luca. S. m. iugalium, Ughicione uxori sue consensit. S. m. Iohannighi qd. Cicori, Petri qd. Homicioli, Orlandini qd. Ricardi tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* F. 124.

1235. *Lucca, 12 Giugno 1165.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in civ. Luca, in ęccl. S. Cristophani de Arcu, bonorum hominum presentia nomina quorum in subiectis continentur, Rolandus iudex, Sesmundus qd. Bernardi et Guiciardus Catollus Luc. causarum consules per fustem, quem suis tenuerunt manibus, investierunt Pitorum missum eorum, quatinus per eorum parabolam ex eorum parte et ex publica Luc. civ. auctoritate mitteret in tenere et in possessionem corporaliter Lambertum qd. Ildebrandi Saltaiochi in una petia de terra, q. est silva, in l. et fin. Magiano, u. d. Canabbie; que tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra filiorum qd. Clavelli et de suis consortibus, alterum latus in terra filiorum qd. Romagnoli et in terra filie qd.

Vegie et de suis consortibus, quam petiam predictus Lambertus a Gottefredo qd. Viviani petebat, dicens quod erat suum pignus, factum sibi a qd. Martinello qd. Cighi, sicut continetur in cartula scripta manu Guilielmi not. Confitebatur tamen Lambertus Gottefredum debere inde omni anno habere unum manducare duabus personis, quod constet den. v, quoniam Gottefredus ad iustitiam faciendam venire contempsit; tali lege atque tenore: quod qualicumque die, dehinc ad unum proximum annum, Gottefredus venerit ad iustitiam Lamberto faciendam, dato convenienti pignore in manus consulum de placito, ad eorum voluntatem, et redditis sibi den. XIV de dato civitatis et den. XII de breve isto et VIII de equitaturis et III de misso, hec possessio in eum revertatur. Si vero infra annum ad rationem faciendam non venerit, post annum Lambertus comodo possessoris utatur et Gottefredus honere petitoris gravetur. Et si post annum ad rationem faciendam venerit, semper primo reddat predictos den., qui pro hac investitione dati sunt, Lamberto semper habente fructus suprascripte terre pro rata temporis et salva ratione aliarum personarum et Gottefredi de predicto manducare.[1] In presentia: Rolandi causidici, Adiuti qd. Marracchi, Mediivillani qd. Rolandi, Accursi de curte S. Martini et aliorum quorumdam. A. MCLXV, prid. id. iun., ind. XIII. Rolandus iudex imp., Luc. causarum consul, ss. Supradicti homines ibi fuere. Pitorus venit ad predictam terram et Lambertum corporaliter in tenere et in possessionem misit. Urbicianus not. imp.

*Originale:* G. 151.

[1] *Il passo* et Gottefredi de predicto manducare *è scritto nell'interlineo.*

1236. [*Pozzeveri*] *(Lucca), 29 Giugno 1165.*

Breve memorialis, qualiter in l. et fin. [Potheuli, intus c(l)austrum mon. S.][1] Petri de predicto l. Potheuli, sub presentia bonorum [virorum, quorum nomina inferius declarabuntur],[1] presb. Ubertus abb. mon., cum consilio[2] presb. F[ridiani prioris et presb. Anselmi camme]rarii[1] et presb. Guidonis et aliorum fratrum suorum, per fustem, quem sua detinebat [manu, in *(?)* perpetu]um[1] (tenimentum) investivit Herrighectum qd. Henrighetti de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. Tassingnano u. d. al Piano, et tenet: capud in terra et media fossa Rembi qd. * * eiusque consortum et capud in via publica, latus in terra mon. et latus in terra Antelminelli qd. Antermini eiusque consortum, que est per mensuram mod., a pert. mensurata, III, reddendo omni anno in mense sept. XXV sist. de bono grano et XXV de bono milio, ad iustum sist. currente de Classo, et omnia

tracta et portata monasterio; et si evenerit, ut iamdicta terra plus inveniatur, debet reddere secundum redditum, quod colligerit, et quando[3] redditum factum erit, Herrighettus et sui heredes debent habere conmestionem duobus hominibus panem cum caseo vel cum cipollis; et abbas promisit et se suosque successores, ad penam cc sol. Luc. den., obligavit, quod predictam terram non tollent Henrighetto aut suis heredibus, donec ut (dictum est) reddiderint, nec superponent aliquid eis tenitoribus. Presentia: suprascripti Antelminelli, Milli qd. Usaldini, Baldini f. Ildebrandini, Ciophori et Tiniosi gg. qd. Inini et reliquorum. A. MCLXV, III kal. iul., ind. XIII. Suprascripti homines ibi fuerunt et quamplures. Ubertus abbas confirmo. Fridianus presb. et prior subscripsi. Aldibrandus not. sacri pal.

*Copia del sec. XIII, di* Ardicio qd. Ildebrandini Rom. imperii iudex et not.: H. 101; *altra copia dello stesso* Ardicio: H. 48. *Dopo la sottoscrizione del not. rog. segue:* Conventio talis est inter eos, quod Herrighectus nec sui heredes non debent facere aliquod hedificium istudiose vel elevatium *(la copia* H. 48 *ha:* allevatium*)* in suprascripta terra ad detrimentum terre mon., nisi licentia abbatis, nec debet venddere suum ius nisi predicto abbati, si emere voluerit, et minus v sol. quam alicui persone.

[1] *Le restituzioni sono state desunte dalla carta* H. 48. [2] consilio *è nell'interlineo.* [3] *La carta ha:* quandum

1237. *Lucca, 15 Luglio 1165.*

A. MCLXV, id. iul., ind. XIII. Ego I l d e b r a n d i n u s qd. Gerardini per hanc cartulam vendo et trado[1] tibi Beritho presb. eccl. S. Michaelis de l. Dammiata, ad partem suprascripte eccl., unam petiam de terra, q. est campus, in suprascripto l. u. d. in Paulecchia, et tenet: unum caput in terra predicte eccl., aliud in terra et media fossa filiorum qd. Ceci et in terra Lanbertuci Thochi et in terra Lanfranchini et Rolandini gg. qd. * *, latus unum in terra et media fossa Scandaleonis qd. Rolandi, aliud in terra Preiti qd. Benecti. Recepi pretium, sol. XXX den. Luc. monete. Pena dupli et LX sol. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel potestatis que dominetur Luce pre tempore. Act. Luce. S. m. Ildebrandini. S. m. Dragoncini qd. Benecti, Ubaldi f. Guidotti, Ruffoli qd. Ciaffori, Guilielmini de Sartiano tt. Appollonius not. imp.

*Originale:* L. 75. *Nel v e r s o, da mano del sec. XII-XIII:* Venditio quam fecit Aldebrandinus presbitero Bartholomeo *(sic)* in Paulecchia.

1238. *Corsena (Lucca), 12 Agosto 1165.*

A. MCLXV, pridie id. aug., ind. XIII. Ego P a g a n e l l u s qd. Rolandi per hanc cartulam do et trado atque cedo tibi Uberto presb. atque abb. mon. S. Petri de l. Puteuli unam petiam de

terra, quę est canpus, prope Capannore et dicitur al Pontem a la Pentho, et tenet: ambo capita in viis publicis, latus in petroso et latus in terra Bonifatii qd. Ugieri. Tibi eam, ad levandum molina, do et trado atque cedo tali modo, ut iamdictus abbas vel eius successores edificet vel edificare faciet molina in suprascripta terra et edificatis molinis habere per medietatem et mon. debet habere decimas et illi q. custodient molina habeant victum et vestimentum, et postquam molina erunt edificata, ispensa in antea sint communia. Et Paganellus spopondit, si ipse vel eius heredes aliter de suprascripta petia egerint vel causaverint seu molestiam fecerint adversum mon. et cui abbas ad communem utilitatem dederit suprascriptam petiam cum molinis, vel si apparuerit aliquod datum vel factum, unde aliqua molestia vel dannietas appareat et taciti et contenti non fuerint, quod componere debeat Paganellus vel eius heredes abbati penam arg. libr. XX; et actores et defensores ab omnibus hominibus erimus. Act. Corsena, intus canonica ęccl. S. Petri de suprascripto l. Corsene. S. m. Paganelli. S. m. Hermanni f. suprascripti Paganelli, Herighiecti qd. Arnolfi de Controne, Orlandini qd. Ughi, Francieschi qd. Opithelli tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* Q. 54. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Aldibrandus*:* et suprascripta petia de terra est due cultre per mensuram, vel si plus inventa fuerit. *Nel verso, da mano coeva:* Cavalliano.

1239. *17 Agosto 1165.*

« Carta fidelitatis facte per Dominicum f. qd. Grilli pro se et Latharo et pro Tignoso ipsius Lathari filio et pro Domino[1] qd. Menchi et pro Corso eius f. et pro Amico Guagnecti atque pro Riccio qd. Martini, per parabolam et investitionem sibi ab eis datam, tamquam coloni et manentes, et insuper quisque eorum iuravit. (A.) MCLXV, XVI kal. sept. Manu Ughi not. ».

*Regestum A, c. 38, scrittura di mano coeva.*

[1] *Per* Dominico *(?).*

1240. *Lucca, 3 Ottobre 1165.*

A. MCLXV, V non. oct., ind. XIV. Ego Honescus qd. Henrigi per hanc cartulam vendo et trado tibi Manso qd. Bonfilii unam petiam de terra mea, q. est casalinus, in l. et fin. Massa Macinaria u. d. Campisiana; quę tenet: unum caput cum via infra se in terra Guidonis et Gerardini gg. qd. Ricci et in terra filiarum qd. Franceschi et aliquantulum in terra S. Iusti de suprascripto l. Massa, alterum in terra Bellomi de Grugna qd. Baronis, latus unum in terra tua, alterum in terra Gualfreducci qd.

Scotti. Recepi pretium, sol. XVIII Luc. den. Pena dupli et arg. libram unam et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, prope u. d. in Cortina. S. m. Oneschi. S. m. Guiducci qd. Mili et Sinibaldi qd. Martini tt. Urbicianus not. imp.

*Originale:* S. 93.

1241. *Segromigno (Lucca), 12 Ottobre 1165.*

A. MCLXV, IV id. oct., ind. XIV. Nos Bellandus Pagani et Bona uxor eius [filia? qd.? ...]onci, ego Bona consentiente mihi viro meo, ubi interfuit (notitia) Be(n)ghi qd. Guiduci et Dominichi[1] qd. Rustighi propinquiorum parentum meorum, a quibus interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartulam pro animarum nostrarum remedio offerrimus tibi mon. S. Petri, quod est constructum et edificatum in l. u. d. Pontheuli, unam petiam de terra, q. est canpus, in l. et fin. Rughi u. d. a le Lame; et tenet: caput in terra et media fossa Accari eiusque consortum, et caput in via publica, et latus in terra et media fossa Balordi de Casale, et latus in terra filiorum Caimi monaghi. Item offerrimus tibi omnes terras cultas et incultas, donicatas et massaricias, quantas nobis pertinet, in locis et fin. Villa Basserica. Offerrimus, quatinus a presenti die, tam in vita nostra quam et post obbitum nostrum, predictę res sint in proprietatem mon. et potestatem abbatis et monacorum, q. in mon. fuerint ordinati et in eum oficium Deo fecerint, eas habendi et fruendi, ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem mon. Pena dupli et arg. libr. V. Act. Subgrominio, u. d. Latiano. S. m. iugalium, Bellandus uxori suę consensit. S. m. Dominighi et Benghi, q. ad interrogandum Bonam fuerunt. S. m. Gerardini et Bonci filii suprascriptorum iugalium, Vitalecti qd. Boniti, Ughicionis qd. Lietori, Borighielli qd. Bonfilioli tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* I. 177.

1 -chi *è nell' interlineo.*

1242. *Monastero di S. Bartolomeo (Lucca), 3 Novembre 1165.*

Breve memorię, qualiter sub porticu mon. S. Bartholomei de Moio, in cospectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, Ugo prior suprascripti mon., per fustem, quem sua tenuit manu, ex parte mon., investivit per tenimentum Ubertum presb. et plebanum plebis S. Pauli de l. Carraia de medietate unius petię de terra, q. campus est cum arboribus super se, in l. prope suprascriptam plebem; et tenet: unum caput in via pu-

blica, alterum in terra et media fossa plebis et in terra Conecti, latus in terra S. Iohannis, sicut termini sunt, alterum in terra et media fossa plebis; et est, cum pert. mensurata, star. XXIV, vel si plus est; ut ipse Ubertus eiusque successores ac prosuccessores suprascriptam medietatem habeant et fruantur ea, reddendo de ea omni anno, in mense aug. vel sept., ad mon. VI star. de grano bono et IV star. de fabis bonis, iusto star. Luc. venditorio, dando uni personę, affictum adducenti, panem et vinum et companaticum. Ugo spopondit Uberto si eis, sicut predictum est, observatum fuerit et ipsi eis medietatem suprascripte terrę abstulerint vel aliquid superimposuerint, componere penam arg. libr. X. Coram: Corso qd. Guidi, Becco qd. Guidi, Guidocto qd. Glandori. A. MCLXV, III non. nov., ind. XIV. Suprascripti homines ibi fuere. Ugo not. imp.

*Originale*: D. 91.

1243. *1165.*

« Compera predicti Tedici[1] de medietate predicti ortuli a predicto Porcello;[1] qui totus modo tenet: caput in via publica, alterum in terra quam tenebat Corsus Falconis a S. Martino, latus in terra filiorum Fugnori, alterum in terra filiorum Guidi not. A. Domini MCLXV ».

*Regestum A, c. 16. Cf. il reg. seguente.*

[1] *Cf. il reg. n. 459, cui si riferisce.*

1244. *1165.*

« Tedice qd. Goctifredi reddere tenetur annuatim Luc. capitulo den. XXX de quadam terra de Pulia; quam emit a Porciello Signorecti. Manu Dulcis not. (A.) MCLXV ».

*Regestum B, c. 7. Cf. il reg. precedente.*

1245. *Lucca, 12 Aprile 1166.*

A. MCLXVI, prid. id. apr., ind. XIV. Ego Clavellus qd. Ubertelli per hanc cartulam do et trado tibi Galiane uxori mee f. qd. Moroni, pro restauratione tui antefatti infra designatum, idest tantam de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. Selce a parte occidentis, ut bene sit iusta pert. mensurata tres cultre et dimidia; que petia tenet: unum caput et alterum in viis publicis, latus unum in terra et dimidia fossa Sarandi tinctoris, alterum in Ughi qd. Ughi qd. Angeli patrui mei terra. Do et trado pro restauratione tui antefacti LXXV libr. den. Luc. monete, quod tu habebas in l. Paganico, et mecum pro meo negotio tu illud vendidisti. Pena dupli et sub pena consulum et

treuguanorum Luc. vel alterius potestatis, que Luce dominetur. Act. Luce, prope Cantonem[1] Bretti. S. m. Clavelli. S. m. Bruni qd. Uberti, Baldinetti qd. Stulti, Guasconis qd. Samporcelli tt. Preterea sciendum est, quod suprascriptum antefactum fuit prius LXXV libr. et similiter est restauratio. Gattus not. imp.

*Originale :* I. 5. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gattus*:* Haec cartula tali est facta tenore: Si ego Clavellus, te Galiana vivente, decessero, et mei heredes infra LX proximos dies post inquisitionem, unius anni spatio post meum obitum transacto, dederint tibi vel tuis heredibus libr. LXXV den. Luc. monete, hec cartula evanescat; sin autem, deinde in antea firma et rata permaneat, sub suprascriptis penis; et suprascripti tt. et datale et ind. et loco; et ego Gattus not. hec scripsi ibique rogatus fui.

[1] *L'orig. ha :* contonem

1246. *Lucca, 13 Aprile 1166.*

Breve memoriȩ, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Reparatȩ et S. Iohannis, in conspectu Uberti qd. Passavantis, Ferrantis qd. Snucchi, Venture qd. Bellomi, Bene presb. ac prior suprascripte ȩccl. S. Reparatȩ et S. Iohannis, ex parte ipsius ȩccl., consilio et voluntate canonicorum confratrum suorum, investivit Tedici qd. Gottefredi et Malusum et se suosque successores obligavit, sub pena C libr. Luc. den. et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius Luc. potestatis, quȩ pro tempore dominabitur, quod deinde in antea ipse suique successores semper firmum et ratum tenebunt et observabunt quicquid Tedici et Malusus communi concordia dicerent et laudarent de lite et discordia, q. erat inter suprascriptam ȩccl. et ȩccl. S. Martini, de quibusdam domibus, q. inferius continentur. Et e converso, intus canonicam S. Martini, coram suprascriptis hominibus, Guilielmus suprascriptȩ ȩccl. primicerius, Lutterius presb. et cantor, Baldicio presb. et sacrista et Damianus et Caro atque Albertus presbiteri et Romeus diac. et sacrista, Vurnus diac. et Henrigus subdiac. canonici ȩccl. B. Martini, pro se et pro ceteris canonicis confratribus suis, ex parte ipsius ȩccl., similiter investierunt Tedici et Malusum, et se suosque successores sub omnibus suprascriptis penis obligaverunt et observare et ratum et firmum tenere promiserunt Tedici et Malusi dictum et laudamentum. Quod factum est totum a. MCLXVI, id. apr., ind. XIV.[1]

*Originale :* N. 68.

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1247. *16 Aprile 1166.*

Post hec,[1] predicti Tedici et Malusus, diligenter lite et discordia visa et cognita et utriusque partis requisitionibus et ar-

gumentis auditis, communi concordia dixerunt et laudaverunt: ut ęccl. S. Martini habeat ad sepulturam, sine lite et molestia, domum filiorum qd. Bernarducii, idest domum, q. fuit qd. Malegonnellę, et domum, q. fuit Erniosi et Arpini, et domum Bonefatii qd. Parentis cum casa eius de Cantone, quę fuit qd. Signorecti Liuthi, et domum filiorum Schiatte cum casa eorum, quę fuit qd. Fridiani, quę est ibidem, et domum Lutterii Racchi, et domum filie qd. Ildebrandini qd. Ruffi cum sala eius, quę est ibidem. Veruntamen de his quattuor casamentis, idest Bonefatii, ff. Schiatte, Lutterii Racchi et filie qd. Ildebrandini qd. Ruffi, laudaverunt, ut ęccl. S. Reparatę et S. Iohannis habeat ad sepulturam omnes servitiales et omnes pueros, unde campana[2] non sonat, et omnes pensionales, exceptis pensionalibus q. habitaverint ibi, et dominus case habitaverit alibi, idest in alium locum, aut si habitaverint in aliqua de illis casis, q. fuerit exheredata de domino suo; quos tales dixerunt ut habeat ęcclesia S. Martini; et domum Gai, quę fuit qd. Iohannelli Decollati, et domum Ermanni de Sugruminio et casam Pillaccari et casam filiorum qd. Angeli Fugnori et domum filiorum Ildebrandini Cicolini, quę fuit adquisita a Sassolino f. qd. * *, et salam q. est ante casam fil(ii) qd. Malestaffe et domum Guiducii qd. Guidi Pelliccia et omnes salas, quę sunt a turre filiorum Schiatte usque curtem filie qd. Gottefredi Secchi, et casam filiorum Schiatte, quę est in Cerbaiola, et casam Rolandini Costoris, quę est iuxta eam, et clusum, in quo habitat Rainaldus magister, et domum filii qd. Luccarelli, quę est iuxta casam fil(ii) qd. Guidetti, et domum Bonoti, quę est iuxta casam Ildebrandini Balbi. Item laudaverunt, ut ęccl. S. Reparatę et S. Iohannis, sine lite et molestia, habeat pro sepultura domum Baldini Clavarii qd. Tiberi cum casa eius, quę fuit qd. Lambertuccii qd. Allegretti, et cum casa eius, quę fuit Bonoti qd. Aldiberti, quę sunt ibidem, et domum Robertini Rossi, quam qd. Robaldinus habuit pro uxore sua, et domum Rolanduccii Macchi, quę fuit qd. Sifreducii, et domum Rolanducii Boccacionta, cum casa sua q. fuit Rolanducii Macchi, et[3] cum casa eius quę fuit qd. Aldini de Castillioni, quę sunt ibidem, et casam filiornm qd. Ildebrandini Cicolini, illa q. fuit antiqua, et domum Gottefredi medici, quę fuit qd. Rodulfi de Cellabarotta, et domum filiorum qd. Villani cartorarii et domum Bonoti qd. Aldiberti et casam filiorum qd. Maleaffaitati, quę fuit qd. Bandini, et domum Laboratoris qd. Ferolfi, quę est prope Curtem Viti, sed tamen ipse Laborator et uxor eius eligant sepulturam ubicumque eis placuerit, et domum Ruffetti, quę fuit qd. Lutterii qd. Guilielmi, et domum Ildebrandini Balbi et domum q. fuit qd. Glandolfi, quam

obligavit Tollus filiis qd. Guerrieri, et duas casas, quas habuit ibi Rolandinus qd. Alexandrine pro uxore sua, et totam salam hospitalis S. Iohannis, quę est in Cerbaiola, et domum fil(ii) qd. Guidotti de Montefegatese, quę est inter casam filiorum Montonis et casam suprascripti filii Luccarelli, et salam q. est post salam filie qd. Ildebrandini qd. Ruffi usque ad murum civitatis, preter clusum in quo habitat suprascriptus Rainaldus magister, et habeat predictos servitiales omnes et omnes pueros et pensionales de suprascriptis quattuor casamentis, ut supra determinatum est. Talem finem inter unam et alteram partem imposuerunt. Coram: Accurso qd. Gottefredi, Ildebrandino f. Malagallie, Signorecto qd. Gerardini Vetthi, Burgognone qd. Bernardi, Ursico qd. Pilosi et aliis. A. MCLXVI, XVI kal. mai., ind. XIV.[4] Suprascripti homines ibi interfuerunt. Dulcis not. imp.

*Originale:* N. 68. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Così prosegue il reg. precedente.* 2 campana *sembra scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.* 3 et *è nell' interlineo.* 4 *Sotto v'è un largo spazio in bianco.*

1248. *Lucca, 16 Aprile 1166.*

Breve memorię, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius [conti]nentur, [Tedici qd. Got]tefredi et Malusus qd. Curtafide, per concordiam et parabolam Guilielmi primicerii ęccl. et canonice S. Martini et Baldicionis presb. et sacriste, Damiani et Car[i et] Alberti presbiterorum, Vurni diac., Henrici et Guidonis subdiaconorum canonicorum predictę ęccl. S. Martini et per concordiam (et) parabolam Bene p[resb.] et prioris ęccl. S. Reparatę et S. Iohannis, communi concordia dixerunt et laudaverunt, quatenus domus filiorum qd. Ildebrandini Cicolini, in qua ipsi habitant, et est ab illa parte, unde est domus Divitis qd. Villani, et domus Rolanducii qd. Uberti qd. Bacari deinde in antea sit ęccl. S. Reparatę et S. Iohannis pro sepultura; et pro illius restauro dixerunt et laudaverunt, ut eccl. S. Martini habeat pro sepultura aliam domum, q. fuit qd. suprascripti Ildebrandini Cicolini et modo est filiorum qd. Pidocchi et habitant in ea, quę est iuxta casam Rolandi qd. Cristofani, in qua est turris, et iuxta casam Sifreducii qd. Bosolini et est ipsa casa antiqua; alia suprascripta fuit qd. Sassolini. Quare autem videtur contrarium hoc laudamentum priori laudamento, quod suprascripti Tedici et Malusus de suprascriptis casis laudaverunt, idest, quod suprascriptam casam, q. modo est S. Martini, prius laudaverant esse S. Reparatę et S. Iohannis, et illa, q. modo est S. Reparatę et S. Iohannis,

prius laudaverant esse S. Martini, ideo hoc accidit, quoniam ambe partes, veritatem nescientes, erraverunt; nam canonici S. Martini dixerant ilam casam esse eorum, quę erat S. Reparatę et S. Iohannis et canonici S. Reparatę et S. Iohannis dixerant esse eorum illam casam, q. erat S. Martini. Item Tedici et Malusus, communi concordia, dixerunt et laudaverunt, ut domus, q. fuit qd. Cighi Fummi, quę modo est Ciuffetti, sit eccl. S. Reparatę et S. Iohannis pro sepultura, et, pro illius case restauro, ut ęccl. S. Martini habeat pro sepultura casam Ildebrandini Balbi, quam prius laudaverant esse S. Reparatę et S. Iohannis. Sic laudaverant de casa Ildebrandini Balbi, quia de casa Cighi Fummi nichil dixerant in priori laudamento. Coram: Gerardo, prenomine Pascio, qd. Guidi, Benedicto et Vitali gg. qd. ff. Petri qd. Roffredi, Mariano f. Rainaldini. A. MCLXVI, XVI kal. mai., ind. XIV. Suprascripti homines ibi interfuerunt, et suprascripti canonici et prior de suprascripto laudamento parabolam dederunt, et Lutterius presb. et cantor huic laudamento consensit et parabolam dedit. Dulcis not. imp.

*Originale:* N. 68. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* Diffinitio inter eccl. S. Martini et S. Reparate parrochie. *Cf. i due regesti precedenti.*

1249. *Lucca, 13 Giugno 1166.*

Breve memorie, qualiter in Luc. civ., prope u. d. ad Cantonem Bretti, presentia testium bonorum virorum nomina quorum inferius continebuntur, Pathus qd. Gerardi et Adalascia iugalis filia qd. Gerardi, quando donationis cartulam fecerunt Tedore et Gisle filiabus suis de eorum podere, scripta manu Gatti not. imp., exceptaverunt duas petias de terris in l. Antraccule, que est campus cum arboribus; unam ex ipsis detinet Cristofanus, unde reddit omni anno XVI sist. frumenti, alteram detinet gener Rolandini, unde reddit omni anno XXIII sist.[1] inter frumentum et milium; et exceptaverunt XII libr. den. Luc. monetae et unam coppam argenteam et unum ronthinum et illa eorum stivilia, que sibi eis placuerit, et omni anno usufructum de suprascripto podere III mod. et IX sist. frumenti et II mod. fabarum et V somas vini clari et III somas musti de illa terra, quam fecerunt ad Potheolum, et XX sol. den. Et exceptavernnt usufructum de quattuor cultris de terra, quas filiis qd. Guilicionis et filiis qd. Paganini nepotibus suis donaverunt, et usufructum totius feodi, dum anima eorum cum corpore fuerit. Item exceptaverunt illa correda, que eis hoc anno de suprascripto podere sibi suisque servitialibus facere placuerit; et dehinc in antea ipse filię eorum dent vel faciant dare eis et duabus eorum servitialibus omni anno, dum

vixerint, correda convenienter. Intellectus tamen talis est: ut postquam aliquis ex eis moritur, medietas totius usufructus deveniat in suprascriptas filias eorum et eorum heredes; si autem filie non fecerint et non observaverint, in ipsos iugales Pathum et uxore reverti debeat totum quod Pathus in pignore habebat ab Hermanno f. Paganelli. Conventus tamen talis est:[2] si discordia de corredis dandis anno aliquo fuerit, quod in laude Castaniacii qd. suprascripti Gerardi et Uberti et Sefreducii monacii ambe partes stare debeant; si autem filie vel heredes non steterint, ut supradictum est, ipsi iugales reverti debeant in totum, quod Pathus in pignore habebat a suprascripto Hermanno. Presentia: suprascripti Uberti qd. Sefreducii monaci et Villani f. Tadi atque Bertraimi qd. Gerardi, q. tt. interfuerunt. A. MCLXVI, id. iun., ind. XIV. Gattus not. imp.

*Originale:* L. 68. *Nel* *verso*, *da mano del sec. XV:* Non pertinet ad nos.

[1] sist. *è nell' interlineo.* [2] est *è nell' interlineo.*

1250. *Lucca, 16 Settembre 1166.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus eccl. S. Michaelis de Foro, presentia testium quorum nomina subter leguntur, Mu[gnarius ...] eccl. S. Petri Pontis Marchionis advocatus, ab una parte, pro ipsa eccl. litigans, et Soffreduccius qd. Termucci de Nave ad hanc causam eccl. S. Mathei de Nave [...], ab altera parte, pro ipsa eccl. S. Mathei litigans, ad invicem inter se investitionem dederunt et sese eosque heredes obligaverunt, ad penam mille sol. Luc. den. et [consul]um et [t]reguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Luce dominabitur, quod quicquid Gualandus iudex imp. et Ardicio qd. Toperti atque Gerardus qd. Benedicti Luc. causarum consules, intus suprascriptam eccl. S. Michaelis de Foro residentes, de lite et discordia inter ambas partes infra posita per sententiam dixerint, firmum et r[atu]m tenerent omni tempore. Lis talis erat: petebat Soffreduccius, eccl. S. Mathei advocatus, pro ipsa eccl., a Mugnario, pro eccl. S. Petri, ut non imbrigaret ei casam Malagalie, nec casam Ricci, nec casam Nappatelli, nec casam Grilli, nec casam Lotterii, nec casam Baroncelli, nec casas in quibus habitet vel non habitet aliqua familia a suprascripto ponte S. Petri, ex hac parte, usque ad eccl. S. Mathei, quia dicebat esse de suo territorio usque ad predictum pontem, et ita esse iudicatum ab ep. Gregorio. Ille negabat omnia. Lis cum commissa esset in suprascriptos consules, ipsi sic eam diffinierunt, dicente Gualando: In nomine Domini, amen. Ego Gualandus iudex, predicte litis cognitor,

causa diligenter examinata et sacramento calumpnie et testium hinc inde prestito et allegationibus utriusque partis diligenter examinatis, cum consilio et accordamento suprascriptorum meorum sociorum, litem per sententiam sic diffinio: Mugnarium, ut ipse vel aliqua persona pro [ec]cl. S. Petri dehinc in antea non imbrigent aliquam de predictis casis vel familiis ex hac parte fluminis, que modo ibi sunt vel erunt, usque ad eccl. S. Mathei, Soffreduccio vel ecclesie S. Mathei, condempno et iudico. Omnia acta fuere in presentia Blanconis et Fortisguerre et Nicolai causidicorum et Gottifredi not. de Sogrominio et Bertolotti de Lisckia qd. Iohannis et Grugni de Massa qd. Bonifatii atque Turpini f. Pegi, q. tt. interfuere. A. MCLXVI, XVI kal. oct., ind. XV. Bartholomeus not. imp.

*Originale:* B. 74.

1251. *9 Dicembre 1166.*

« Prior et capitulum S. Fridiani vendiderunt eidem Honesco[1] quatuor petias terrarum; de quibus recolligebant unum carrum vini. Manu Bonifilii not. (A.) M°C°LXVI, V idus decembris ».

*Regestum B, c. 46.*

[1] *Cf. il reg. dell'a. 1195, dicembre 31, cui si riferisce.*

1252. *1166.*

« Carta permutationis cum Bernardo qd. predicti Diversi[1] de melioramento, quod abebat in predicta terra de Selce; pro quo melioramento dedimus eidem star. VIIII blave; que ipse reddebat nobis de aliis terris, et XII libr. A. Domini MCLXVI° ».

*Regestum A, c. 10 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 1022, cui si riferisce.*

1253. *1166.*

« Promissio Rolandi qd. Morecci de non faciendo umbacum super predictum ortum[1] cum illo tenore, qui in carta continetur. (A.) MC sexagesimo VI° ».

*Regestum A, c. 26 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 544, cui si riferisce.*

1254. *30 Dicembre 1166.*

Breve memorie attestationum ex parte S. Petri Pontis Marchionis in causa, quam habuit cum eccl. S. Martini Luc. [...]. Iohannes iuratus dixit, quod archipresb. S. Martini multotiens ivit ad S. Petrum Pontis Marchionis et sepe, cum inveniebat presb. Pandulfum et alios de eccl. S. Petri, dicebat eis: Acquirite mihi

unam rem, ubi tribuam de meo, ut cum venerint pauperes frigidi et madefacti possint habere aliquam commoditatem vel refrigerium illa de causa, et sic presb. Pandulfus exivit de eccl. S. Petri et ivit ad habitandum alio et venit quidam alius presb. nomine Albertus ad habitandum in ecl. S. Petri, et sic venit archipresb. ad eum sepe et dicebat ei illud idem, quod presb. Pandulfo et aliis personis case S. Petri, et sic vicini S. Petri et presb. Albertus ceperunt dicere: Iam est ibi iuxta nos quidam ortus [et um?]-bacat totam terram nostram et multa mala facit nobis; eamus ad archipresbiterum et dicamus ei, ut emat eum nobiscum, et sic presb. Albertus et archipresb. emerunt il[lum et a]lias petias de terris de Quarto, quarum lis est, in quibus dedit archipresb. libr. IV, et semper, cum fiebat roitum cartule suprascriptarum terrarum, dicebat archipresb.: ·Ego hanc [comparo?] ad utilitatem S. Petri et istud modo eccl. S. Petri, et si bonum portamentum feceritis, adhuc dabo aliud vobis; et dixit tunc archipresb.: Ego volo, ut [re]ddatis mihi de ista compra parum beneficii nomine memorie mei; sed dixit, quod nullum redditum vidit inde fieri archipresbitero, nec audivit quod ei inde fieret, et dixit quod, quando roitum cartule suprascripte compre fiebat, semper interfuit ipse. Rossilione, ut iuratus receptus, dixit, quod archipresb. misit pro eo, et ipse ve[nit] ad eum postquam ipse fecit conventionem terre, unde lis est, et rogavit eum archipresb. ut faceret ei cartulam et dicebat ei quia ipse volebat emere rem illam inter S. Petrum et operam pontis, medietatem eccl. et medietatem opere pontis, sed donec archipresb. viveret, volebat ut medietatem riccolti illi de Ponte redderent ei et altera medietas esset inter eccl. S. Petri et pontem; sed post mortem archipresbiteri haberet totam compram, ubi ipse dabat IV libr. de suo, inter eccl. S. Petri et operam pontis; et archipresb. rogavit eum, ut adiuvaret eum de melioramento, quod tenitor eiusdem Rossillionis dicebat se habere in ipsa terra, et ille fecit ita, quod tenitor suus donavit archipresbitero et S. Petro ipsum melioramentum. Tredellus, ut iuratus receptus, dixit quod ipse audivit presb. Albertum dicentem, quod ipse faciebat compram illius terre ideo quia archipresb. faciebat ei adiutorium et etiam XL sol. dixit ei presb. Albertus, quod videbatur sibi plus dare quam daret, si archipresb. non faceret ei adiutorium, et dixit quod quidam presb. sive cl. dedit ipsi Tedrello pro archipresb. den., et videtur sibi, quod cartula compre fuisset facta in persona presb. de Ponte et quod compram faciebat archipresb., ad opus S. Petri et opere pontis; sed totam summam den., quam archipresb. ibi daret, non recordatur. Vivianus Politus iuratus dixit, quod ipse interfuit, quando archipresb. fecit

compram cum illis de S. Petro, et dixit, quod archipresb. dedit ibi IV libr. et magis videtur sibi quod emeret terras ad opus opere pontis quam non, et daret eas ponti, et dixit, quod archipresb. reliquit ipsum Vivianum sibi heredem omnium bonorum suorum, et quod ipsemet Vivianus investivit illos de S. Martino de tanto, quod valebat C libr. per eius parabolam, sed de illa terra numquam investivit eos, et dixit quod numquam audivit, quod archipresb. faceret inde aliquod riccoltum; de ceteris nichil. In causa igitur ventilata coram Gualando iudice imp. et Ardicione qd. Toperti atque Gerardo qd. Benedicti Luc. causarum consulibus, intus eccl. S. Michaelis de Foro residentibus, suprascripti testes diligenter sunt examinati et, ut suprascriptum est, testificati sunt. Quas attestationes omnes predicti consules, ex Federighi domini nostri imp. et totius Luc. civ auctoritate, publicantes et me Bartholomeum not. imp. hec omnia in actis publicis redigere iusserunt. In presentia: Gottifredi causidici, Rolandini qd. Ceci de Flandrada et Guiducci plastrarii, Folcheradi qd. Rolandi et Curte qd. Luccarelli atque Cimberti specialis et aliorum. A. MCLXVII, III kal. ian., ind. XV. Bartholomeus not. imp. et tunc predictorum Luc. consulum tabellio atque scribanus.

*Originale:* B. 16. *Nel verso, da mano del sec. XIV:* Testes dati per archipresbiterum Luc. ad litem futuram. Non est carta multi valoris.

1255. *Lucca, 26 Marzo 1167.*

A. MCLXVII, VII kal. apr., ind. XV. Nos Maliassius[1] et Rolandus gg. qd. ff. Ranuccii per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Lutterio presb. et can. atque cantori ęccl. S. Martini, ad partem ipsius ęccl., unam petiam de terra, q. est campus, in l. Paratthana u. d. Campus S. Romani; quę tenet: unum caput in via publica, aliud in terra et media fossa Lamberti qd. Nuvilonis, latus in terra et media fossa Marie qd. Ranuccini qd. Mardore, alterum in terra et media fossa Rolanduccii qd. Rolandi qd. Sassi. Recepimus pretium, libr. VIII Luc. den. Pena dupli (et) arg. libr. V et sub pena etiam consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. gg. S. m. Gerardi qd. Vitalis, Ubertelli carratoris qd. Benedicti, Vescovi qd. Viviani tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 98; *Regestum A, c. 24 v; Regestum B, c. 8.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue, di mano dello stesso* Dulcis: Inter suprascriptos gg. et Lutterium presb. et cantorem huiusmodi pactum fuit: Si tempore aliquo canonaci vendere voluerint suprascriptam terram, quod dare eam debeant suprascriptis gg. vel eorum heredibus per tantum pretium, quantum ab alia persona sine fraude habere potuerint, minus sol. X, si tollere eam voluerint infra XXX proximos dies post inquisitionem. Suprascripti tt. et datale.

[1] *Il Reg. A:* Venditio Maliassi *etc. Il Reg. B:* Malasius

1256. *4 Aprile 1167.*

« Tenimentum Ildebrandini qd. Ugolini predicti[1] de illa petia;[2] de qua ipsemet debet reddere in mense sept. XII star. grani. (A.) MCLXVII, prid. non. apr. Gactus not. ».[3]

*Regestum A, c. 18.*

[1] *Cf. il reg. seguente, cui si riferisce.* [2] *Il ms. aggiunge:* quam supra vendidit predicto Baldiccioni *(cf. il reg. seguente)* ipsemet Ildebrandinus [3] *Le parole:* prid. non. apr., Gactus not. *furono aggiunte da mano coeva nel margine.*

1257. *5 Aprile 1167.*

« Compera prioris Baldicionis canonici S. Martini ab Aldibrandino qd. Ugolini de una petia terre in Pomaio, in cappella S. Margarite; que: unum caput tenet in Via Vecchia, alterum similiter in via publica, latus in terra S. Martini, quam idem prior emit a Viviano eius fratre, alterum in terra, quam idem Ildebrandinus sibi reservavit; que est star. XVIII. Tali tamen conditione vendidit, ut non liceat eam alicui alienare a prefata canonica. A. Domini MCLXVII, nonus apr. Gactus not. ».[1]

*Regestum A, c. 18.* *Cf. il reg. precedente.*

[1] *Le parole:* nonus apr., Gactus not. *sono di mano coeva nel margine.*

1258. *Canonica di S. Martino (Lucca), 30 Aprile 1167.*

Guillielmus primicerius et Locterius presb. et cantor canonici eccl. B. Martini, omnia hec consilio quoque Damiani et Baldicionis presbiterorum et Romei diac., item canonici, per cartam investierunt per tenimentum et perpetuam locationem Ugolinum[1] qd. * * de una petia de terra, q. est vinea et sterpetus atque silva, in l. et fin. cappelle S. Cristofori de Vaccole u. d. Collestradi; que tenet: unum capud in via publica, alterum in rigalia, latus in terra Bartholomei,[2] alter(um) in terra Henrigetti et Rontini[3] atque Oddi; reddendo de ea omni anno eisdem canonicis in vindemia ad palmentum in suprascripta vinea unum carrum vini musti,[4] iusto star. ipsius loci et pascioraticum[5] illi homini, qui pro ipso musto iverit. Spoponderunt Ugolino, si, ut dictum est observatum fuerit, quod ipsi non retollent terram vel superinpositam non facient, sub pena consulum et treguanorum Luc. et Luc. potestatis. Presentia: Albertini Cittadine advocati ipsius canonice, Pillaccari qd. Uberti not., Ildibrandini qd. * *. Act. in suprascripta canonica. (A.) MCLXVII, prid. kal. mai., ind. XV. Sciendum est, quod suprascripta terra aliquo iure non debet pervenire

ad aliquod masium. Suprascripti homines ibi fuere. Bartholomeus[6] not. imp. hec, ex mandato canonicorum, scripsi.

*Copia 1270, ottobre 23, di* Orlandus Ugolini de Cardoso imperialis aule iudex et not.*:* G. 121*; altra copia dello stesso not. e con la stessa data:* G. 76*; Regestum A. c. 45 v.*

[1] *Il Reg. A aggiunge:* de quo Paulus [2] *Il Reg. A:* Bartholomei Sapiboni [3] *La carta* G. 76 *ha:* Ronthini*; così anche il Reg. A.* [4] musti *è scritto su rasura.* [5] *Il Reg. A:* unam commestionem [6] *Il Reg. A:* Bartolomeus fecit hanc cartam, quam nos non habemus, set Paulus predictus; de cuius carta hanc scripturam traxi, quam exemplari facere a notariis non potui, quia signum corrosum erat.

1259. *Lucca, 17 Settembre 1167.*

A. MCLXVII, XV kal. oct., ind. I. Nos Dattus qd. Enrigi, Ienoese qd. Rolandi, Albertinus qd. Grechi atque Ranuccius qd. Anselmucci tutores Allucinghi et Opithi atque Alluccie germani pupilli qd. Allucci, quia olim suprascriptus Alluccius in infirmitate, de qua mortuus fuit, dedit nobis et Uberto Denti qd. Rustichi potestatem de rebus suis vendendi, permutandi, obligandi, collocandi, tractandi atque alienandi, secundum quod concordati fuerimus omnes vel maior pars ex nobis ad utilitatem suprascriptorum filiorum suorum, ut in brevi scripto manu Cari not. apparet, quapropter, ex parte suprascriptorum pupillorum et pro eorum debito solvendo, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis[1] Conti[2] qd. Conti, Baldicioni qd. Bondelli, Enrighecto qd. Albertini, ementibus pro vobis et procuratorio nom. pro commune[3] omnibus hominibus habitantibus in poio de Colle[4] Putei, unam petiam de terra suprascriptorum pupillorum, que est campus cum arboribus, in l. et fin. Tassignano u. d. Campo Avogadri; que tenet: unum caput in terra et media fossa Bruni Tassignani, alterum in terra et media fossa Uberti qd. Maleguide et de filio qd. Carindonis, latus in terra vestra, alterum in terra et media fossa Antelminelli qd. Antelmini. Profitemur a vobis pretium accepisse, septem libr. den. Luc. monete, quas pro debito suprascripti Allucci reddidimus tutoribus filiorum qd. Uberti Muriani. Repromittimus vobis et omnibus hominibus de commune habitantibus in poio de castro Colle Putei vestrisque et illorum heredibus, ut si nos vobis in aliquod intentionaverimus, spondemus componere vendictionem in duplum. Nos vobis auctores vel defensores esse non debeamus, nec pretii restauratores, sed per vosmetipsos eam defendere debeatis. Act. Luce. Dattus, Ienoese, Albertinus atque Ranuccius hanc cartulam fieri rogaverunt. Carus not., Gottifredus qd. Grocti, Multocarus qd. Ildibrandi de Stufa, qui in hoc contractu rogati

sunt tt., interfuerunt, manusque inposuerunt. Rainerius not. imp.[5]

*Originale:* D. 45

[1] vobis *è nell'interlineo.* [2] *Corretto da* Conte [3] commune *pare scritto su rasura: nelle formule ripetute è di prima mano.* [4] *Sopra* Colle *è scritto* castro [5] *Cf. il reg. seguente.*

1260. *26 Settembre 1167.*

Post[1] hec, paucis diebus transactis, idest anno MCLXVIII,[2] VI kal. oct., ind. I, Ubertus Dente, dum residebat ante eccl. S. Cristophori de Arcu, tutor suprascriptorum filiorum qd. Allucci, venditionem ratam habuit. Coram: Rolando f. Diviti, Guidoni f. Massori et me Rainerio not., q. hec scripsi.

*Originale:* D. 45. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Angiorellus et Armannus et Gratia de Tassignano.

[1] *Così prosegue il reg. precedente dopo la sottoscrizione del not., di mano dello stesso* Rainerius, *scritto il tutto da lui ad un tempo.* [2] *Così l'orig.; ma è certo* MCLXVII, *come richiedono il reg. precedente e l'indizione.*

1261. *Canonica di S. Martino (Lucca), 25 Ottobre 1167.*

Breve memorię. Wilielmus primicerius, Lottarius presb. et cantor, Albertus, Baldicio, Damianus sacerdotes, Manfredus, Bonius atque Romeus diaconi confratres et canonici aeccl. et canonicę S. Martini Luc. urbis, in canonica ipsius aeccl., pro se et pro ceteris confratribus suis, compromiserunt in arbitrio et potestate Rolandi prioris aeccl. B. Michaelis de Foro litem, quę fuerat inter eos et populum de Fabialla de ordinatione et locatione aeccl. B. Petri eiusdem loci de Fabialla. Insuper omnes suprascripti canonici se suosque successores obligaverunt, in pena XX libr. arg., perpetuo ratum et firmum tenere quicquid Rolandus prior de lite diceret vel laudaret; sicut continetur in brevi scripto manu Ughi not. imp. Quod factum est coram Lutterio qd. Viviani, Petro qd. Paralascini, Iannibono qd. Alberti. A. MCLXVII, VIII kal. nov., ind. I.[1]

*Originale:* A. 6.

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1262. *Lucca, 1 Dicembre 1167.*

Post[1] hec, eodem anno MCLXVII, die kal. dec., ind. I, in Luc. civ., in canonica aeccl. S. Romani, Bernardus qd. Angeli, Gallithone qd. Iohannis, Novilone qd. Cighi atque Guido qd. Paganucii consules de Fabialla, Martinus qd. Blanchi, Dominicus qd. Martini, Martinus qd. Rustichelli, Rossus qd. Durantis, Flancardus f. Rossi, Damianus f. Mencucii, Galligus qd. Benecti, Ranucius qd. Martini, Fridianus qd.

Morentani, Guerrus qd. Rustici, Iohannes qd. Signorecti, Dominicus qd. Martini, Lutterius f. Gilii, Baldicione qd. Signorecti, Moscione qd. Gerarducii, Guiscardus qd. Albertini, Andreas qd. Brunecti, Stephanucius qd. Rustici, Vivianus f. Bandi, Benectus qd. Dominici, Marignanus f. Martini, Henrighettus qd. Martini, Bonsere qd. Gerardini, Guilielmus f. Bernardi de suprascripto l. Fabialla, pro se et pro omnibus convicinis suis, per ramum lauri, in pena xx libr. arg., investierunt prefatum Lottarium presb. et cantorem aeccl. et canonicę S. Martini, accipientem pro se et pro omnibus canonicis, quod ipsi viri de Fabialla eorumque heredes et tota universitas vicinię de Fabialla semper ratum et firmum tenebunt quicquid prefatus Rolandus dixerit vel laudaverit de iamdicta lite; et si ita non observarent, componerent canonicis iamdictam penam. His perhactis, prefatus Rolandus, consilio Rolandi causidici de S. Andrea, assessoris sui, de iamdicta lite sic laudavit, dicens: In nomine Domini, amen; S. Spiritus adsit nobis gratia. Ego Rolandus, arbiter electus, litem in me per laudamentum commissam et sepe ac sepe coram me agitatam, per laudamentum sic diffinio: ut vicini de Fabialla sine fraude et sine malitia inveniant sacerdotem vel clericum convenientem aeccl. S. Petri de Fabialla, quo invento, suo plebano denuntient; ipse autem plebanus cum consulibus ipsius vicinię S. Petri vel cum quibusdam ex vicinis, ad honorem et reverentiam b. Martini et canonicorum et suę plebis et eccl. B. Petri de Fabialla, eundem sacerdotem vel clericum canonicis petant; canonici vero eundem sacerdotem vel cl. eis habere consentiant, nisi forte vita vel mores aut qualitas ipsius hoc inpediat; sacerdos vero ille vel cl. canonicis et suo plebano debitam reverentiam exhibere valeat, nec ulla[2] alia locationis sollemnitas interveniat, sed in omnibus aliis, canonicis iuspatronatus, si quod habent, reservetur illesum, non tamen quod bona vel iura aeccl. S. Petri studiose debeant diminuere, et si universitas ęccl. S. Petri aliquod iuspatronatus habent in eadem aeccl., ei servetur. Supradicta investitio et obligatio hominum de Fabialla facta est et laudamentum factum est a suprascripto priore coram Iohanne qd. Gerardi, Morecto qd. Boddi, Guilielmo qd. Angeli de Plothano, Guido qd. Stephani, Morone qd. Corcibaldi, Benencasa filio Gerardini. A. MCLXVII, die kal. dec., ind. I. Rolandus prior ss. Rolandus causidicus predictorum prioris S. Michaelis consiliarius et assessor estiti et hec scripsi. Ugo not. imp. hoc breve descripsi.

*Originale:* A. 6. *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Così segue il reg. precedente.* [2] *L'orig. ha:* ullia

1263. *Lucca, 13 Febbraio 1168.*

Breve memoriae, qualiter in civ. Luca, in ęccl. S. Michaelis de Foro, in conspectu bonorum virorum nomina quorum in subiectis continentur; quoniam sententiarum vel laudationum dubietates per iustam interpretationem de medio tolli utile fore credimus, ideo nos Rolandus prior S. Michaelis de Foro et Rolandus causarum patronus, eius assessor, super laudatione et fine facta inter ca(no)nicos S. Martini et homines de Fabialla, de ordinatione et locatione aeccl. S. Petri de Fabialla, ut in brevi manu Ughi not. scripto continetur; ubi dicitur, quod vicini aeccl. S. Petri inveniant sacerdotem vel cl., talem intellectum habuimus et habemus, quod ipsi vicini cum ipso sacerdote aut cum aliqua persona pro eo nullam pactionem vel conventionem malitiose faciant; ubi dicitur, quod canonici eundem sacerdotem vel cl. eis consentiant, nisi forte vita vel mores aut qualitas ipsius sacerdotis vel cl. hoc inpediat, talem intellectum habemus et habuimus, ut vite et morum aut qualitas ipsius sacerdotis vel cl. examinatio ad canonicos pertineat; et si eis sacerdos vel cl. sine studiosa malitia et malivola oppositione inconveniens vel incongruus videbitur, canonici illum eis habere consentire non teneantur; ubi dicitur debitam r[everentiam e]xhibere valeat, talem intellectum habuimus et habemus, ut nulla persona ei contradicere possit vel debeat [...]; ubi dicitur: nec alia locationis sollennitas interveniat, talem intellectum habuimus et habemus, ut supra[...] et examinatio et canonicorum consensus et reverentia pro ordinatione et ęcclesiastica pr[...]e S. Petri locatione sufficiant. Hęc acta sunt coram Gerardino et Signorecto gg. qd. Leccamolini, Fantone qd. Guittonis, Casa qd. Bruni. A. MCLXVIII, id. febr., ind. I. Rolandus prior supradicti laudamenti arbiter et huius sane interpretationis interpres ss. Rolandus causidicus interpretationi interfui et hic ss. Ugo not. imp.

*Originale:* A. 6. *Cf. i due regesti precedenti.*

1264. *Pozzeveri (Lucca), 27 Febbraio 1168.*

A. MCLXVIII, IV kal. mar., ind. I. Nos Panthus qd. Gerardi et Adalascia uxor eius et (filia) qd. Gerardi monaghi, ego Adalascia consentiente mihi viro meo, ubi interfuit notitia Iacobi iudicis imp., a quo interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartulam inrevocabiliter [1] pro animarum nostrarum remedio offerrimus tibi ęccl. et mon. S. Petri de l. Pontheuli duas petias de terris, campora cum arboribus, in l. et fin Antracule; prima tenet: caput in terra Lietori conductoris et caput in terra Willielmecti qd. Gerardi et media fossa et caput in via publica [2]

et latus in terra Compatris de Burgo, quod d. S. Fridiani, et latus in terra filiorum qd. Ghislincionis; secunda tenet: caput in terra et media fossa suprascripti Willielmecti et caput in via publica[2] et latus in terra Balistieri co(n)ductoris et media fossa et latus in terra et media fossa Panevini et Mallio gg. qd. Ughicionis. Offerrimus, quatinus a presenti dię, tan in vita nostra quam et post obbitum nostrum, sit in proprietate ęccl. et mon. et potestate abbatis et monacorum, q. in mon. fuerint ordinati et in eo officium Deo fecerint, eas habendi et fruendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitate mon. Pena dupli et arg. libr. x, et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium et futurorum et alterius potestatis, que Lucam distringerit. Act. Pontheulli, intus curiam domini Paganelli. S. m. iugalium, Panthus uxori suę consensit.[3] S. m. predicti Paganelli qd. Rolandi, Ghiandonis f. Maloditi, Uberti qd. Sofredunci monaghi, Herighiecti qd. Arnolfi tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* L. 58.

1 inrevocabiliter *è nell' interlineo.* 2 *Il passo* et caput in via publica *è nell' interlineo.* 3 *Sotto v' è uno spazio in bianco.*

1265. *Lucca, 27 Febbraio 1168.*

A. MCLXVIII, IV kal. mar., ind. I. Ego Saul qd. f. Tedaldini per hanc cartulam vendo et trado tibi Baldicioni presb. et can. ęccl. et canonice S. Martini Luc. civ., ad partem illius eccl. et canonice, unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se et vitibus atque pergolis, in l. prope Puliam et prope Fossam, q. d. Tacchi, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Gerardini Buccacionte cum media fossa, latus in terra suprascripte eccl. et canonice, sicut termini sunt, aliud in terra Toscii qd. Guilielmetti pellarii cum dimidia fossa. Est, cum pert. mensurata, sist. VIII et dimidium, vel si plus invenitur aut minus. Recepi pretium, libr. VIII et X sol. Luc. den. Pena dupli (et) arg. libr. VI et sub pena etiam consulum et treuguanorum presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. Saul(is). S. m. Viviani Puliti qd. Pagani, Studiati f. eius tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* R. 211; *Regestum B, c. 5 v.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis: [Saul], sub suprascriptis penis, convenit et promisit disbrigare suprascriptam terram a tenitore, et si per uxorem Saulis [vel per eius summissam] personam canonici damnum aliquod habuerint de suprascripta terra, quod ipse vel [heredes ...] damnum [emendabunt ?] infra xxx proximos dies post inquisitionem. Insuper iuravit per Dei evangelia, [quod ? predicta ?] terra non erat feudum. Prefati canonici debent habere de recoltum illius terre de presenti anno et red[... Suprascripti tt.? da]tale et locus.

1266. *Lucca, 20 Luglio 1168.*

A. MCLXVIII, XIII kal. aug., ind. I. Nos Ranuccius qd. f. Rodelossi[1] et Ciabatta mater eius, relicta qd. suprascripti Rodelossi et qd. filia Bolgarini, atque Bonaventura uxor suprascripti Ranuccii et filia Ermanni, nos insimul, Romana lege viventes ex parte qd. Lamberti cl. avi mei Ranuccii, mihi Ciabatte consentiente suprascripto f. meo et mihi Boneventure consentiente viro meo, pro remedio ac salute anime qd. suprascripti Rodelossi et anime mee Ciabatte per hanc cartulam inrevocabiliter offerimus tibi eccl. et canonice S. Martini Luc. civ. unam petiam de terra, q. est vinea cum olivis super se, in l. Massa Pisana u. d. a Bursa, in cappella S. Michaelis; quę tenet: ambo capita in terris suprascriptę ęccl. S. Michaelis, sicut termini sunt, latus in terra filiorum qd. Guarmignani, sicut terminata est, alterum in terra Martini Gatti et in terra quam Accursus et Bernardinus gg. qd. ff. Alexii, de suprascripto l., tenent. Hanc petiam, unde omni anno recolligimus XXIV sist. de musto in vindemia, in suprascripto l., sist. solito affictali filiorum qd. Vitalliori, et II libr. olei ibidem, iusta libr. Luc., offerimus, ut deinceps in antea sit in proprietate suprascripte ecl.[2] et canonice et in potestate catholicorum canonicorum, q. nunc sunt vel fuerint ad Dei officium celebrandum, habendi atque fruendi ad eorum usum et eccl. et canonice utilitatem; non tamen ut aliquo tempore possint eam vendere nec permutare nec alienare sine parabola domini nostre domus, qui pro tempore ibi fuerit. Pena dupli (et) arg. libr. V. Act. Luce. S. m. iugalium et Ciabatte, Ranuccius matri et uxori consensit. S. m. Conetti qd. Ermanni, Bacarelli medici, Capitonis calthorarii, Iohannis qd. * * tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* G. 123; *Regestum A, c. 47; Regestum B, c. 65. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Hanc terram habet S. Maria de Scopicio pro luminaria. *Lo stesso aggiunge il Reg. A, che in luogo di* S. Maria de Scopicio *ha:* eccl. de Scopicio

[1] *Il Reg. A:* Offersio a Ranucio qd. Rodelossi de curia S. Martini *etc.* [2] ecl. *è nell' interlineo.*

1267. *1168.*

« Refutatio a Bernardo Pulmognoso et Pascio f. eius de una petia predicte terre[1] u. d. Lame, in Salissimo; que tenet: caput in terra Alcherii qd. Vecchi, alterum caput cum latere in terra nostra, alterum latus in terra Uberti qd. Tadi et S. Georgii. A. MCLXVIII° ».

*Regestum A, c. 33 v.*

[1] *Cf. i regesti nn. 766, 767, 768, ai quali si riferisce.*

1268. *Lucca, 5 Gennaio 1169.*

Brevis descriptus causa memorie, qualiter infra Luc. civ., in eccl. S. Michaelis de curte Advocatorum, presentia testium bonorum hominum quorum nomina inferius denotabuntur, Tedici et Guladeferro gg. qd. Gotefredi et Aldibrandinus qd. Malestapphe et Lanbertus qd. Nuvilonis et Guilielmus qd. Gerardini, pro se et Bonastappha germano eius, et Simeone qd. Ildibrandi et Ubertellus qd. Guntholini cl. nec non Maliassi et Rolandus gg. qd. Rainerii, omnes isti patroni eccl. S. Marię de poio de Conputo, ab una parte, firmaverunt beneficium solitum suprascripte eccl., et Ciuffa qd. Villani et Cristofanus de Mala et qd. Benetonis patroni eccl. S. Blasii de l. u. d. ad Faetum, ab altera parte, firmaverunt beneficium solitum eccl. S. Blasii; itemque omnes suprascripti viri convenerunt inter se eligere sacerdotem ad regendum et gubernandum ambas suprascriptas eccl. et officium in eis Deo faciendum, talem sacerdotem de quo omnes patroni eccl. S. Marie vel maior pars eorum cum accordamento vicinorum eiusdem eccl. omnium vel maioris partis et de quo patroni eccl. S. Blasii vel unus eorum cum accordamento vicinorum eiusdem eccl. et tenitorum omnium vel maioris partis se accordaverint. Et si de electione sacerdotis vel clerici inter eos aliqua discordia apparuerit, referent canonicis S. Martini Luc. episcopatus, videlicet archipresbitero et primicerio atque cantori, q. pro tempore ibi fuerint, et illis omnibus vel maiori parti assentient; ita tamen, quod sacerdos conveniat et promittat canonicis, quod stabit tribus mensibus in anno per habiturium ad S. Blasium et quod ibi faciat officium et ecclesię S. Marię et quod reliquis novem mensibus stabit per habiturium apud eccl. S. Marię et quod ibi faciat officium et eccl. S. Blasii et quod faciat hec per bonam fidem. Ita utraque pars convenerunt et promiserunt sibi ad invicem accordare suprascriptis per bonam fidem sine fraude. Insuper unusquisque patronorum per se spopondit et obligavit se et suos heredes aliis ex altera parte et per cartulam investitionem ad confirmandum omnia suprascripta eis dedit observare cuncta predicta, ad penam cc sol. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Lucę prefuerit. Hec omnia fuere acta presentia Guilielmini qd. Aldibrandi advocati, Ferantis qd. Nuschi, Pipini qd. Pugnetti Normanni, Gerardini qd. Petri de Morona. A. MCLXIX, non. ian., ind. II. Nec est pretermittendum quod Bonadonna uxor suprascripti Ciuffę habuit omnia suprascripta firma et rata et, consentiente ei viro suo, obligavit se et suos heredes, sub suprascriptis penis, suprascripto Aldibrandino et eius heredibus, reci-

pienti pro se et eius consortibus et eorum heredibus, et Aldibrandinus investivit eam pro se et eius consortibus et spopondit, ut investierant Ciufam atque Cristofanum et sicut superius legitur; presentia: Matholini qd. Toperti, Petri qd. Iohannis, Martini qd. Malegonellę, eadem die ut supra, ante hostium domus suprascriptorum iugalium. Suprascripti homines ibi fuere. Otto not. imp.

*Originale:* M. 177; *Regestum B, c. 28 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* De S. Blasio de Compoto.

1269. *3 Aprile 1169.*

« Ugolinus f. qd. Passi[1] vendidit Luc. capitulo ius et melioramentum, quod habebat de una petia terre, que esse consuevit ortale et vinea, in l. Massa Macinaria u. d. Chastanse;[2] unde solitus erat reddere Guerruccius annuatim, per kal. ian., soldos tres. De dicta venditione est carta, manu Dulcis not. (A). MCLXVIIII, III° non. apr. ».

*Regestum B, c. 33; Regestum A, c. 50.*

[1] *Il Reg. A:* Pathi [2] *Il Reg. A:* Castanthe; que (terra) tenet: caput et latus in via, alterum in terra S. Martini, quam laborat Riccius et Albonectus et Toscius et Malatacca, alterum latus in rio. *Mano coeva aggiunge:* Modo Susina.

1270. *Pozzeveri (Lucca), 20 Maggio 1169.*

Breve memorialis, qualiter acta sunt in l. et fin. Pontheuli, sub presentia bonorum virorum quorum nomina inferius declarabuntur, Ubertus abb. ęccl. et mon. S. Petri de predicto l. et Montaninus rector hospitalis de Altepasscio invicem inter se investitionem dederunt et se suosque successores obligaverunt, sub pena cc sol. Luc. den., quod quicquid Paganellus qd. Rolandi et Hermannus eius f. de litę, q. inter eos vertebatur, ipsi per laudamentum dicent, omni tempore firmum et ratum[1] haberent et tenerent; que talis erat: dicebat iamdictus rector sibi esse ius segandi medietatem lamę et brancioli de rio Cariiario et ut predictus abbas eum inde inquietaret, inmo ut quiete illud sibi facere permittere postulabat; e converso abbas dicebat, sibi non esse ius illud facere. Litem commissam in Paganellum et eius f. taliter ipsi per laudamentum diffinierunt: videlicet, abbatem a lite pro mon. absolverunt et laudaverunt, ut prefatus rector de pensionę XII den. predicte monetę, quam solitus erat reddere predicto abbati de terra, q. ibidem prope est, reddat omni anno duos den.[2] predicte monetę in festivitatę s. Petri per unum nuntium et ipse habeat commestionem secundum solitum morem et non plus, et abbatem ne de cetero plus de pensione requirat condennaverunt. Hoc totum factum est presentia Bianconis causidici et Rolandi causidici de

Octavo et Guidonis causidici et filii Gerardi Pasci et Rolandi causidici de S. Andrea et Herighiecti qd. Arnolfi, Rolandini Leporelli, Franciesghi qd. Opithelli et reliquorum. A. MCLXIX, XIII kal. iun., ind. II. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale* : F. 44.

[1] *L'orig. ha* : retum [2] duos den. *è nell' interlineo.*

1271. *Lucca, 17 Ottobre 1169.*

Breve ad futturam demonstrationem, qualiter in Luc. civ., prope ęccl. S. Sentii, bonorum virorum presentia nomina quorum inferius scripta inveniuntur, Cartorarius qd. Ruberti per fustem, quem sua detinuit manu, investivit Rainerium qd. Henrici per tenimentum et perpetuam locationem de omni actione, locatione, tenimento, melioramento et usu, quod ei pertinebat de una petia de terra, q. est campus cum arboribus, in l. prope Pontem Marchionis, et tenet: unum caput in terra Porcelli et Ardichi, alterum in fluvio Serchi, latus unum in terra et media fossa filiorum qd. Henrigetti, aliud in terra et media fossa S. Ponthiani; quatinus ipse Rainerius et sui heredes ac proheredes habeant et detineant eam, ad reddendum omni anno per totum mensem sept. ad domum eidem Rainerii,[1] in suprascripto l. Ponte Marchionis, VIII star. de grano et VIII de fabis et VIII de milio, cum star. eidem Cartorarii. Cartorarius obligavit se et suos heredes ac proheredes si retullerint terram vel aliquid superinposuerint, componere penam C sol. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futturorum vel potestatis, que dominabitur Luce; et Rainerius obligavit se et heredes ac proheredes tenere terram et sic reddet ut dictum est, sub suprascriptis penis. Presentia: Talle qd. Melotti, Henrici qd. Bonelli. A. MCLXIX, XVI kal. nov., ind. III. Appollonius not. imp.

*Originale* : B. 91. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Pro Boccanbarile converso. *E da mano del sec. XIII-XIV:* De Ponte S. Petri.

[1] Rainerii *è scritto su rasura.*

1272. *Lucca, 26 Novembre 1169.*

A. MCLXIX, VI kal. dec., ind. III. Manifestus sum ego Bonafides qd. f. Villani, quia vos Lutterius cantor et Baldicio et Damianus et Benedictus et Tiniosus presbiteri et Romeus diac. atque Henrigus et Ermannus et Guido subdiac(oni) canonici eccl. et canonice S. Martini, pro vobis et pro ceteris canonicis, e parte eccl. et canonice, per cartulam libell. nom. ad censum perexolv. dedistis mihi sex petias de terris, que sunt in burgo de Plothano et in eius fin.; prima est casalinus et ortale cum olivis super se

et pergola, et est in burgo, et tenet: unum caput in semitula, alterum in terra Guidonis qd. Ughi Itte et in terra Ugonis qd. Ildebrandi, latus unum in via publica et in terra filiorum qd. Bendonis de Botho, alterum in terra suprascriptorum ff. Bendonis; secunda est vinea u. d. Bovechio; quę tenet: unum caput in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis, alterum in terra suprascriptorum Guidonis et Ugonis, latus in terra filiorum qd. Guiducii de Trebio, alterum in terra fil(iorum) et nepotum qd. Henrici qd. Sifredi de Vurno et in terra Gerardini Erithetti; tertia est vinea ibidem; quę tenet: unum caput in terra hospitalis Templi Salomonis, alterum in semitula, latus in terra Divitis qd. Villani, alterum in terra suprascripti Gerardini; quarta est vinea ibidem; quę tenet: unum caput in semitula, alterum in terra Pandicampi qd. Quercieti, latus in terra filiorum qd. Martini de Mammule, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis; quinta est silva u. d. Pomonte; quę tenet: unum caput in terra hospitalis de suprascripto burgo, alterum caput cum uno latere in terris suprascripti Pandicampi, alterum latus in terra filiorum qd. Guilielmini Astuchi; sexta est campus in l. Fredana, prope molinum de subtus, et tenet: unum caput in suprascripto molino, alterum in terra suprascriptorum ff. qd. Bendonis, latus in aqueductu molini, alterum in terra Cianfongnini qd. Brunecti. Dedistis, ut deinceps in antea in mea et de meis heredibus ac proheredibus sint potestate eas habendi atque fruendi. Vobis vel vestris successoribus ac prosuccessoribus, in canonica, omni anno, in mense dec., reddere debeamus sol. IV Luc. den., recipiendo manducare omni anno una persona, q. venerit cum suprascripta pensione, panem et vinum et companaticum. Pena: arg. libr. V et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et sub pena potestatis de suprascripto l. Plothano. Duo libelli. Act. Luce. S. m. Bonefidei. Burgognone advocatus interfuit. Preterea Bonafides convenit casam levare in suprascripto casalino, sub suprascriptis penis, deinde ad duos proximos annos. S. m. Damiani qd. Bernardini, Pichi qd. Rusticuccii, Tiethi qd. Iohannis, Vescovelli qd. Viviani tt. Burgognone, advocatus suprascripte canonice, interfuit. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 102. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Hec cartula, ut credo, vacat, quia data *(?)* per libellum postea Marroni qd. Crucibaldi *(cf. il reg. n. 1322).*

1273. *Lucca, 5 Gennaio 1170.*

A. MCLXX, non. ian., ind. III. Ego Malafronte qd. f. Gerardini Bordelli per hanc cartulam dono et trado tibi Marie qd. filie Involati meam portionem, q. est medietas pro indiviso, unius

petie de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. Tempagnano u. d. Petrablanca; quę tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Tempagnini qd. Sifredi et Honeschi de S. Gregorio cum media fossa, latus unum in terra et media fossa Plebanelli de S. Ianuario, alterum in terra et media fossa Guilielmi de Uneta. Est, cum pert. mensurata, mod. IV. Meam portionem tibi dono et trado. Recepi meritum, anulum aureum pro te a Guido g. tuo. Pena dupli (et) arg. libr. XV. Act. Luce. S. m. Malaefrontis. Gaitanus advocatus interfuit. S. m. Bartholomei qd. Romagnoli, Thucchi qd. Ranuccii tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* H. 177. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis*:* Hec cartula tali pacto facta est: Si ego Malafronte, te Maria vivente, decessero et mei heredes post annum mei obitus, infra LX proximos dies postquam inquisiti fuerint, dederint tibi Marie vel tuis heredibus libr. XXV Luc. den. sine fraude, quod hec cartula sit inanis et in eos libere revertatur cum suprascripta medietate suprascripte terre; sin autem firma et rata sit. Suprascripti tt. et datale et locus. *Nel verso, da mano del sec. XII:* Antifactum Marie.

1274. *13 Marzo 1170.*

« Compera eiusdem prioris[1] a Viviano fratre predicti Ildebrandini de octo star. terre ibidem et de melioramento unius petie, q. est cultra una et dimidium, iuxta predictam terram, quam emit ab Ildebrandino supradicto. A. Domini MCLXX, III id. mar. Dulcis not. ».[2]

*Regestum A, c. 18.*

[1] *Cf. il reg. n. 1257, cui si riferisce.* [2] *Le parole* III id. mar. Dulcis not. *furono aggiunte da mano coeva.*

1275. *Lucca, 22 Aprile 1170.*

A. MCLXX, X kal. madii, ind. III. Ego Simion[1] qd. Ildebrandi per hanc cartulam dono et trado vobis, nomine hemendationis, concanonacis eccl. S. Martini, pro ipsa eccl., duas petias de terris (in) l. et fin. Lammari, quas detinet Cadolectus, de qua[2] est mihi consuetus reddere omni anno in mense agusti II star. boni grani sicci et II star. milii, ad iustum venditorium star. Luc., ad casam meę habitationis, sicut per capita et latera melius inveniri possunt; ideo quod vobis per tantum tempus consuetum adfictum, quod eram solitus vobis reddere et contumaciter retinui. Item dono et trado vobis, nominę proprietario, unam petiam de terra, campus, quę est loco Parathana u. d. Campus de Archetto, tenens: unum caput in terra Dedive[3] cum tota fossa infra se, aliud in terra et media fossa S. Michaelis et aliquantulum in terra Guinithi de Aquilata. Has petias dono et trado pro VIII star. inter granum, milium et fabas, que vobis nomine aficti consuetus eram reddere

omni anno in mense agusti. Pena dupli et consulum et treuganorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, intus predictam canonicam S. Martini. Prefatus Simion hanc hemendationis et proprietatis cartulam fieri rogavit. Item donavit et tradidit concanonacis, ad suprascriptę eccl. proprietatem, omne ius, actionem, derictum, usum atque petitionem, quę sibi contingebant de pensione unius nu(m)mi, quam omni anno solitus erat facere in l. et fin. Sogrominio u. d. a Thana, quatinus deinceps in antea eum habeant et regoligant sui nomine, sicut ipse solitus erat facere, concanonaci. Cervasius qd. Rodolfi, Damianus f. Berardi atque Uguicione qd. Arnaldi huic contractui tt. interfuere manumque inposuere. Ubertus not. imp.

*Originale:* D. 53; *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XIII:* De Simione qd. Ildebrandi est Napoleone. De ista de Parathana u. d. Campus de Archetto, reddebat prius Rainaldinus II star. grani et II milii; pro quo Petrus Riccie; pro quo modo eccl. de Parathana. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il Reg. A:* Offersio Simeonis *etc. Il Reg. B:* Ex datione *etc.* facta per Simum 2 de qua *è nell' interlineo.* 3 *Il Reg. A:* in terra Deldive de Arcu

1276. *Lucca, 22 Aprile 1170.*

A. MCLXX, X kal. madii, ind. III. Ego Simion qd. Ildebrandi per hanc cartulam dono et trado vobis concanonacis eccl. S. Martini unius petie de terra medietatem (in) l. et fin. Parathana, quam detinet Scarafagius, de qua est consuetus mihi reddere omni anno II star. grani et II star. milii; quę: ab uno capite coheret cum uno latere viis publicis, ab alio capite coheret terre et medie fosse Gerardini Grugnioli, ab altero latere terre filiorum qd. Malestafe. Dono et trado pro XX sol. Luc. monete, quos vobis dare debebam. Pena dupli (et) consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum, vel alterius potestatis Luc. Act. Luce, in suprascripta canonica. Prefatus Simion hanc cartulam fieri rogavit. Cervasius qd. Rodolfi, Damianus f. Berardi atque Uguicione qd. Arnaldi huic contractui tt. interfuere manumque inposuere. Ubertus not. imp.

*Originale:* D. 53: *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ubertus: Hec cartula tali pacto facta est, quod quacumque die, dehinc ad proximos quattuor venientes annos (annos *è nell' interlineo*), ego Simion vel mei heredes reddidero vobis canonacis sol. XX Luc. den., ad laudem vestri electoris, quod hec cartula cum suprascripte terre proprietate in me meosque heredes debeat reverti; sin autem firma stabilisque permaneat semper. Suprascripti tt., ind., datale et locus. *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* De ista terra reddit, ut credo, Beneveni qd. Cattaldi I star. grani et I milii. *Cf. il reg. precedente.*

1277. *Lucca, 24 Aprile 1170.*

A. MCLXX, VIII kal. mai., ind. III. Ego Pisternarius qd. f. Bernardi per hanc cartulam vendo et trado tibi Baldicioni presb. et can. eccl. et canonice S. Martini, ad partem et opus illius eccl., unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Tempagnano u. d. Sanctus Prosperius, et tenet: unum caput in via publica, alterum in terra et media fossa Rolanducii qd. Rolandi qd. Sassi et de suis consortibus, latus in terra Boni qd. Amati, sicut termini sunt, aliud in terra filiorum qd. Paganini, sicut terminata est; et est, cum pert. mensurata, mod. II, quarra modiori minus.[1] Recepi pretium, libr. XXVII Luc. monete, minus sol. IV et med(ium).[2] Pena dupli (et) arg. libr. XV et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. Pisternarii. S. m. Henrici g. suprascripti Pisternarii, Burgognonis qd. Bernardi, Gervasii qd. Rodulfucii, Pergoli qd. Albertini, Carfalletti qd. Villani tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* R. 165; *Regestum B, c. 11 v.* *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Dulcis*:* Pisternarius debet disbrigare suprascriptam terram a tenitore et ab omni homine; et Baldicio presb. debet habere totum ricoltum presentis anni, idest medietatem blave et duas partes vini franchi et medietatem piccioli, sicut inter se convenerunt. Suprascripti tt. et datale.

[1] *Il passo da* mod. *fino a* minus *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.* [2] *Il passo da* libr. *a* med(ium) *come alla nota 1.*

1278. *24 Aprile 1170.*

« Sacramentum consulum de Gra(g)no et totius populi, quo iuraverunt, quod ipsi et eorum successores retinebunt predictum castrum[1] de Gragno ad fidelitatem canonicorum S. Martini, pro eorum parte, et non erunt in consilio vel facto, quod ipsi perdant suam partem predicti castri, vel contradicatur eis et adiuvabunt retinere, et ablatum recuperare; et hoc sacramentum fecerunt, presente Arrighino consule Gerardingorum et parabolam dante. Vero predicti canonici promiserunt predicto Arrighino, quod non vendent nec alienabunt partem eorum de predicto castro nisi illis de domo Gerardinga vel hominibus predicti castri, dummodo velint dare conveniens pretium. Similiter populus eiusdem loci convenit dare ad canonicam S. Martini, in ian., VI star. castanearum pistarum, et canonica debet bene recipere missum et debet dare auxilium et consilium predictis hominibus, sicut in suo castro, et maxime de monte Gragnanese. A. Domini MCLXX, VIII° kal. madii ».

*Regestum A, c. 4 v.*

[1] *Cf. i regesti nn. 487, 1027, 1179, ai quali si riferisce.*

1279. *17 Luglio 1170.*

« Maccone qd. Aldebrandini et Bonasoro eius uxor vendiderunt[1] Catenaccio qd. Boni[2] duas petias terrarum, q. sunt u. d. Filicastri. Manu Octi not. (A.) M°C°LXX°, XVI° kal. augusti ».

*Regestum B, c. 54 v.*

1 *Segue* Luc. capitulo *espunto.* 2 Catenaccio qd. Boni *è nell' interlineo.*

1280. *Saltocchio (Lucca), 20 Luglio 1170.*

A. MCLXX, XIII kal. aug., ind. III. Ego Rolandinus qd. Rigiardi per hanc cartulam pro anime mee remedio offero tibi mon. S. Petri, quod est constructum et edificatum in l. u. d. Poteuli, omne ius et actionem, derictum et tenimentum atque melioramentum et libellariam, quod vel que mihi pertinet de una petia de terra, q. est canpus, in l. et fin. Saltonchio u. d. Vergaio et est cum castaneis, et tenet: caput cum uno latere in terra episcopati S. Martini et caput in via publica et latus in terra Lei iudicis. Offero, quatinus a presenti dię, tam in vita mea quam et post obbitum meum, sit in proprietate mon. et potestate abatis et monacorum, q. per tempora ibi fuerint ordinati et in eum officium Deo fe(c)erint, ea habendi et fruendi ad eorum tantum usum et pauperum et utilitatem mon. Pena dupli et arg. libr. v. Act. Saltonghio, u. d. Capanna. S. m. Rolandini. S. m. Crilli qd. Becti, Borgongnoni qd. Antonielli, Corsecti f. Selvangni, Beneveni qd. Alberti tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* X. 112. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Aldibrandus*:* Rolandinus promisit atque convenit per se suosque heredes omni anno reddere III den. pro suprascripta terra in mense ian. illo cuius terra est et XII den. mon. omni anno in suprascripto mense, donec XX sol. dati fuerint mon., sub suprascripta pena. Suprascripto datale, die et tt. et ind.

1281. *19 Agosto 1170.*

« Carta, quomodo homines de Gragno supposuerunt defensioni et tuitioni canonicorum montem Gragnanesem;[1] unde dederunt S. Martino pro ipsa defensione partem predicti montis; unde debent reddere plaitenses predicte terre vel communis star. VI castanearum pistarum ad canonicam, in mense ian., donec predicti canonici defenderint predictum montem a guasto. A. Domini MCLXX, quartodecimo kal. sept. Ubertus not. ».

*Regestum A, c. 4 v.*

1 *Corretto da* Gragnasem

1282. *Lucca, 24 Ottobre 1170.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., prope Curte, q. d. Ildebrandi, in conspectu bonorum virorum quorum nomina infe-

rius continentur, Gerardinus,[1] prenomine Guladiferro, pro remedio ac salute anime qd. Diane uxoris sue dedit et iudicavit atque obtulit eccl. S. Martini unam petiam de terra, q. est ortus cum arboribus super se, in l. Parathana u. d. Ortus dal Forno, per quam est quedam semitula et est, cum pert. mensurata, sist. XVI; quę tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Simeonis[2] qd. Ildebrandi cum media fossa, latus in terra et media fossa suprascripti Simeonis, aliud in terra filiorum qd. Rainerii de supra Porta; quatenus deinde in antea suprascripta terra sit in proprietate eccl. S. Martini, ita tamen, quod Gerardinus Guladiferro et sui heredes et proheredes teneant eam et utantur et fruantur ea, reddendo omni anno in mense oct. suprascripte eccl., pro anniversario Diane, XII den. Luc. (et) non amplius, sub pena libr. II arg. Sic Gerardinus terram inrevocabiliter obtulit et pensionem pro anniversario promisit, per parabolam Tedici g. sui et eius presentia et coram Rembo qd. Gottefredi, Albertino qd. Cittadine, Gervasio qd. Rodulfi. A. MCLXX, IX kal. nov., ind. IV. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 32; *Regestum A, c. 25 v. Nel* *verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Modo reddunt filii Tedalgardi; *e da mano del sec. XIII:* Bartholomeus iudex de Gelso qd. Tedicii qd. Locteringhi qd. Gerardini suprascripti.

[1] *Il Reg. A aggiunge:* et nota, quod iste Gerardinus fuit frater Tedici de Curte Ildebrandi, cuius filii reddunt modo predictam pensionem [2] *Il Reg. A aggiunge:* de quo fuit Napoleone

1283. *9 Novembre 1170.*

« Nicholaus causidicus, consul curie treguanorum, tulit sententiam inter Villanum Passi filium qd. Ogerii et capitulum Luc., et condempnavit predictum Villanum ad reddendum Luc. capitulo annuatim soldos IIII^or^; ut continetur in exemplo manu Bartholomei de Bozano not. et aliorum notariorum, sumpto de carta Alberti not. (A.) MCLXX°, V° idus novembr. ».

*Regestum B, c. 36.*

1284. *Lucca, 18 Febbraio 1171.*

A. MCLXXI, XII kal. mar., ind. IV. Nos Iohannes qd. Pericioli et Carfagnolus qd. Bonatti, Martinellus qd. Tomarelli atque Corsus f. Bichi, pro nobis et pro omnibus vicinis nostris habitantibus in castro et poio de Colle de Potho, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Villano qd. Hubertelli unam petiam de terra, q. campus est cum arboribus super se, in l. et fin. Tassignano u. d. Albaro, et tenet: unum caput in terra et

media fossa S. Stephani, alterum in terra et media fossa Antelminelli et Ugolini qd. Gottifredi, latus unum in terra et media fossa eorumdem Antelminelli et Ugolini atque Gontinelli, alterum in terra et media fossa Tassignani qd. * *. Est, cum pert. mensurata, mod. I et star. I et medium vel si plus est.[1] Pretium accepimus, XIV libr. den. Luc. monetę. Pena dupli et arg. libr. X, sub pena consulum et treuguanorum Luc. et Advocatorum. Act. Lucę. S. m. Iohannis et Carfagnoli, Martinelli atque Corsi. S. m. Baldinelli f. Bichi, Seretti f. Paganelli, Guccii qd. Cingesacchi tt. Ugo not. imp.

*Originale:* D. 50.

1 *Il passo da* et star. *a* est *è scritto su rasura.*

1285. *Lucca, 2 Aprile 1171.*

A. MCLXXI, IV non. apr., ind. IV. Manifesti sumus nos G r u g n u s qd. Moriconis et C o r s u s qd. Baronis, quia tu Bonasoror relicta qd. Albertini et filia qd. Uberti, cum consensu Rolandi uterini tui et Parisii qd. Gualterii et Iohannis qd. Asini tuorum mundualdorum et tutorum seu curatorum tuorum ff., per cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dedisti nobis decem et novem petias de terris in l. et fin. Montemagno. Prima est silva u. d. ad Aia Vecchia, et tenet: unum caput in rivo, aliud cum uno latere in terra eccl. S. Martini, quam detinet Villanus qd. Iohannis, aliud latus in terra, quam detinet Preite qd. Boni; secunda est vinea u. d. ad Tracolle, et tenet: unum caput in via publica, aliud cum ambobus lateribus in terra quam detinet Preite; tertia est olivetus u. d. a Petrecio, et tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra Henrigetti qd. Ugolini, aliud latus in terra nepotum qd. Raimondini; quarta est olivetus in eodem l. Petrecio, et tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra suprascripti Villani, aliud latus in terra Lietori qd. Bomfilii; quinta est olivetus et quercietus u. d. a Casa Bonioli, et tenet: unum caput cum uno latere in viis publicis, aliud caput in terra quam detinet suprascriptus Preite, aliud latus in terra Lambertucii qd. Galletti; sexta est silva in eodem l., et tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra quam detinet suprascriptus Preite; septima, silva in eodem l., tenet: ambo capita in viis publicis, ambo latera in terris, quam detinet suprascriptus Preite; octava est campus cum ficubus super se u. d. a Fontana, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra suprascripti Lietori, latus unum in terra quam detinet suprascriptus Preite,

aliud in terra Conradi de Gualdo; nona est silva in eodem l., et tenet: ambo capita in viis publicis, latera ambo in terris suprascripti Conradi; decima est vinea u. d. Ortum, et tenet: ambo capita cum ambobus lateribus in terra quam detinet suprascriptus Preite; undecima, vinea cum casa super se in eodem l., et tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra quam detinet suprascriptus Preite; duodecima est silva u. d. ad Aia, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra Paganelli qd. Amatelli, latus unum in terra quam detinet suprascriptus Preite, aliud in terra suprascriptorum nepotum qd. Raimondini; tertiadecima, silva u. d. a Castagno Crepolo, tenet: ambo capita in viis publicis, latus unum in terra suprascripti Conradi, aliud in terra quam detinet suprascriptus Preite; quartadecima est vinea u. d. a Vignole, et tenet: unum caput in via publica, aliud cum uno latere in terra suprascripti Villani, aliud latus in terra quam detinet suprascriptus Preite; quinta[dec]ima est vinea in eodem l., et tenet: unum caput in terra quam detinet suprascriptus Preite, aliud in terra Albonetti et Corbicionis, latus unum in terra suprascripti Conradi, aliud in terra suprascripti Villani; sextadecima est vinea et silva u. d. a Lupineto, et tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra suprascripti Villani; septimadecima est boscus u. d. a Muchio, et tenet: unum caput in via publica, aliud in terra suprascripti Conradi et in terra quam detinet suprascriptus Preite, latus unum in terra suprascripti Villani, aliud in terra suprascripti Lambertucii; octavadecima est silva et boscus u. d. ad Valle Maiore, et tenet: unum caput in rivo, aliud in terris Mathaferri et Carandelli et Bandini et suprascripti Lambertucii et Becci et suprascripti Villani et iamdicti Corbicionis et suprascripti Albonetti, latus unum in terra suprascripti Lietori, aliud in terra quam detinet suprascriptus Preite; nonadecima est [... in eo]dem l., et tenet: ambo capita cum uno latere in terra quam d[etinet ..., aliud latus in terra] suprascripti Villani. Dedisti, ut in nostra et de nostris heredibus ac proheredibus sit potestate predictas XIX petias de terris habendi atque fruendi. Tibi vel tuis heredibus ac proheredibus per singulos annos, in mense ian., in suprascripto l. Montemagno vel in Luca reddere debeamus sol. IV et den. VIII de Luc. moneta et XXVII star. de musto ad palmentum in l. Montemagno, ad star. eiusdem loci per tempora currentem. Pena: ccc so[l. et sub pena consulum et treuguanorum] presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, [que Lucam distringet, et potestatis, que] Montemagnum distringet. Duo libelli. [A]ct. Luce, in domo suprascripte Bonesororis. S. m. Grugni et Corsi.

S. m. Arderii qd. Pandulfini et Bernardi qd. Rodulfi et Henrigi f. Bruliori tt. Albertus not. imp.

*Originale:* R. 201. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* [...]llus, Vivianus et Ugolinus gg. [...] suprascripti morantur in taberna [...] star. XIII musti et den. XXVIII [...] continuis.

1286. *Lucca, 8 Giugno 1171.*

A. MCLXXI, VI id. iun., ind. IV. Nos Iohannes qd. Asini et Berta uxor eius et (filia) qd. Landuvini, ego Berta consentiente michi viro meo, ubi interfuit notitia Iacobi iudicis imp., a quo interrogata sum sequenter edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus (tibi) Uberto presb. abb. mon. S. Petri, quod est situm in l. u. d. Poteule, unam petiam de terra, q. est canpus et ortale cum arboribus, in l. et fin. Capannore u. d. in Grempo, et tenet: caput in via publica et caput cum uno latere in terra mon. et latus in terra filiorum qd. Pelegrini. Est per mensuram a iusta pert. istariora * * et si plus inventa fuerit. Tibi eam ad utilitatem mon. vendimus. Recepimus pretium, VII libr. et * * sol. Luc. den. Pena dupli et arg. libr. XV et sub pena Luc. consulum et treguanorum presentium et futurorum et Luc. potestatis. Act. Luca, prope portam S. Gervasi. S. m. iugalium, Iohannes uxori suę consensit.[1] S. m. Magalocti qd. suprascripti Landovini, Querri qd. Brunecti, Gratiani qd. Albertini tt. Aldibrandus not. sacri pal. et imp.

*Originale:* Q. 128.

[1] *Sotto v'è uno spazio in bianco.*

1287. *16 Giugno 1171.*

« Carandus qd. Guidonis reddere tenetur annuatim Luc. capitulo den. septem de una petia terre, q. est boschus in Arsina. Manu Romani not. (A.) MCLXXI, XVI kal. iulii ».

*Regestum B, c. 59 v.*

1288. *6 Luglio 1171.*

« Vitalis f. qd. Petri dedit in permutationem domino Guilielmo primicerio et f. qd. Rofredi omne ius et melioramentum, quod habebat de duabus petiis terrarum, q. sunt campi prope Ducaia, de quibus reddunt mihi omni anno Baractulus et Riccius XII star. grani et XII milii. Carta manu Dulcis not. (A.) MCLXXI°, prid. nonas iulii ».

*Regestum B, c. 8; Regestum A, c. 22. Il Reg. A:* Commutatio Guilielmi qd. Roffredi cum Vitali qd. Petri Roffredi predicti de predictis duabus (petiis) *(cf. il reg. n. 78, cui si riferisce)* de Turingo, prope Ducariam, quas recepit predictus Guilielmus primicerius in commutationem a predicto Vitali.

1289. *Chiesa di S. Apollinare (Lucca), 12 Agosto 1171.*

Nos Dammianus presb. et Romeus diac. nec non et Armannus subdiac. canonici s. matricis eccl. B. Martini, concessa nobis super hoc et Ruggerio S. Romane Eccl. subdiac. canonico et confratre nostro speciali licentia, habito primitus capitulari tractatu, ex consensu et voluntate omnium canonicorum, pro nobis et suprascripto Ruggerio, investivimus vos priorem eccl. et canonice S. Michahelis de Foro et plebanum de plebe de Campomaiore et plebanum de plebe de Ylice et plebanum de plebe de Mosterio Sigradi et plebanum de plebe S. Stefani, prelatos et rectores fraternitatis et conventus presbiterorum de Valleprimaria, recipientes pro vobis et pro toto conventu suprascriptorum presbiterorum, de una petia de terra cum eccl. et canonica, cimiterio et orto super se insimul comprehensa, que eccl. v. Sanctus Martinus, sita et posita in suprascripto l. Valleprimaria, cum omnibus terris et rebus cultis et incultis, donicatis et massariciis, mobilibus et immobilibus atque se moventibus, cum omni iure et actione vel repetitione, que iamdicte eccl. competunt in terra vel aqua, adversum aliquam personam vel locum, quatinus deinceps in antea vos vestrique successores in eternum habeatis potestatem predictam eccl. regendi, manutenendi et, si volueritis, hospitale ordinandi cum omnibus rebus, proprietatibus, iure, ad predictam eccl. nunc et in futurum pertinentibus tam in temporalibus quam in spiritualibus, et plenam habeatis potestatem et licentiam, absque ulla contradictione alicuius persone ecclesiastice vel secularis, collocandi et eligendi presbiterum et clericos in predicta eccl. et loco, prout vobis placuerit. Sic tamen, quod, postquam elegeritis, pro reverentia eccl. et canonice S. Martini, debeatis presb. electum in conspectu canonicorum locopositorum, q. tunc fuerint, representare, et postquam predictus presb. representatus fuerit, canonici ipsum sine examinatione vel procrastinatione debeant approbare iuxta voluntatem prelatorum conventus et fraternitatis, salvo tamen iure patronatus suprascripte canonice de iandicta cappella et eccl. S. Martini pertinente; et hoc sic determinato, quod sub occasione predicti patronatus canonici nichil valeant vel possint petere vel exigere a predicta eccl. vel eius sacerdote vel a conventu vel eius rectoribus aut ab aliqua persona pro eis, nisi annualem censum, qui est octo sol. omni anno, in mense mar., deinc in antea, de temporalibus rebus tantum, que nunc ad eccl. et canonicam S. Martini pertinent; et rectores conventus et fraternitatis aut sacerdos predicte cappelle et conventus non debeant ullo tempore subponere predictam eccl. alicui persone vel loco, neque debeant emere vel

per iudicium recipere aut aliquo modo terras eccl. et canonice S. Martini, vel eorum colonorum, sine licentia canonicorum; et si, quod absit, aliquo tempore conventus prorsus esse desierit, ita quod non sit iamdicta cappella S. Martini cum omnibus suis rebus et melioramentis secundum pristinum statum, debeat redire in iure eccl. et canonice S. Martini, nulla repetitione pro annuo censu alicui persone facta. Quando prelati conventus in predicta eccl. sacerdotem elegerint, debeant facere ad honorem eccl. S. Martini et debitam reverentiam canonicorum; et de omnibus predictis nos nostrique successores vobis et vestri(s) successoribus debeamus esse actores et defensores in eternum. Hec acta sunt in eccl. S. Appollenaris, iuxta canonicam et eccl. S. Martini. Coram: Guinisio causarum patrono, Gerardino qd. Uguiccionis, Alberto qd. Ildibrandi. A. MCLXXI, prid. id. aug., ind. IV. Suprascripti homines ibi fuerunt. Hugo dictus archipresb. ss. Bonellus diac. et can. ss. Romeus diac. et can. ss.[1] Pandulfus diac. et can. ss. Presb. Baldicio ss. Damianus presb. et can. ss. Benedictus presb. ss. Tiniosus presb. ss. Guido presb. et can.[2] ss. Enricus subdiac. et can. ss. Magister Ermannus subdiac. S. Martini ss. Rogerius subdiac. et can. ss. Guido subdiac. et can. ss. Guinisii dingno firmatur cartula singno ss. Carus not. imp.

*Originale:* Q. 12. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Carus*:* Nomina predictorum prelatorum sunt hec: prior S. Michahelis de Foro v. presb. Rolandus, plebanus de plebe de Campomaiore presb. Angelus, plebanus de Ylice presb. Milianus. plebanus de Mosterio Sigradi presb. Ubaldus, plebanus de S. Stefano presb. Rolandus. Hii omnes ad hanc cartulam recipiendam fuerunt. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* De Valpromaio vacant*; e da mano del sec. XII-XIII:* De ecclesia de Valprimaio, patronatu.

[1] *Le parole* Romeus diac. et can. ss. *sono su rasura.* [2] *Le parole* Guido presb. et can. *sono su rasura.*

1290. *Lucca, 19 Agosto 1171.*

A. MCLXXI, XIV kal. sept., ind. IV. Ego Rossus qd. Ildebrandi per hanc cartulam vendo et trado vobis Ugoni archipresb. eccl. et canonice S. Martini et Henrigo subdiac. et cammerario ipsius eccl. et canonice, ad partem illius eccl., omnem actionem, locationem, tenimentum, melioramentum et usum atque omne ius, que habeo et michi pertinent de una petia de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Paratthana; quę tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, alterum latus in terra filiorum qd. Tedici; de qua omni anno reddebantur eidem eccl. X sist. inter granum et fabas et milium.[1] Recepi pretium, libr. octo[2] Luc., septem[3] libr. computavi mihi de suprascripto afficto, quod tenueram et non vobis illud reddideram,

et sol. xx den. mihi dedistis. Pena dupli et arg. libr. VI et sub pena Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Act. Luce. S. m. Rossi. S. m. Gervasii qd. Rodulfuccii, Carfalletti qd. Villani, Pergoli qd. Gerardi tt.[4] Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 26; *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Hec est terra, q. d. Rossi Mathafegati, et que *(?)*, ut credo, fuit Bonfilii qd. Mattonis; de qua debebat reddere VIII star. grani et VIII fabarum; pro quo postea Simeone qd. Iohannis. Modo uxor Guidi xx star., et de terra Napoleonis qd. Simeonis VIIII star. *Cf. il reg. seguente.*

1 *Il Reg. A:* x star. blave 2 octo *fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco.* 3 septem *come alla nota 2.* 4 *Il passo da* Carfalletti *a* tt. *come alla nota 2.*

1291. *Lucca, 19 Agosto 1171.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., prope eccl. S. Martini, in conspectu Gervasii qd. Rodulfucii, Carfalletti qd. Villani, Pergoli qd. Gerardi, Rossus qd. f. Ildebrandi investivit Ugonem archipresb. et Henrigum subdiac. et cammerarium suprascripte eccl. et canonice S. Martini, recipientes pro eccl. et canonica, eisque finem et refutationem et perdonationem atque transactionem fecit de omni actione, locatione, tenimento, melioramento et usu atque omni iure, quę habebat et ei pertinebant de una petia de terra suprascripte eccl., que est campus cum arboribus super se, in l. et fin. Parathana; quę tenet: ambo capita cum uno latere in viis publicis, alterum latus in terra filiorum qd. Tedici; de qua omni anno reddebantur eidem eccl. x sist. inter granum et fabas et milium. Pena: libr. VI arg. et (sub pena) consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum et qualis potestatis Luce pro tempore fuerit. Canonici condonaverunt ei libr. VII Luc. monete de afficto terre, quod tenuerat et non reddiderat; insuper dederunt ei sol. xx Luc. den. Factum est coram suprascriptis hominibus. A. MCLXXI, XIV kal. sept., ind. IV. Dulcis not. imp.

*Originale:* D. 75; *Regestum A, c. 25; Regestum B, c. 9 v. Cf. il reg. precedente.*

1292. *Lucca, 14 Settembre 1171.*

A. MCLXXI, ind. V, XVIII kal. oct. Nos Blancus qd. Guidi et Verdilia iugalis eius (filia) qd. Baldinelli, michi Verdile viro meo consentiente, ubi interfuit notitia Rolandi iudicis imp. qd. Guarmignani, a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Benenato qd. Bonfilii nostram portionem,[1] q. est quarta portio et medietatem alte-

rius quarte portionis,[2] de una petia de terra, q. est cum casa et molinis et macinis et marulis et acquiduciis super se, in confinibus de Massa Macinaia in l. u. d. in Valle, sicut per capita et latera inveniri potest. Profitemur a te pretium accepisse, XXX sol. den. Luc. monete. Pena dupli et LX sol. den. Luc. monete et sub pena consulum et treguanorum Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. Predictus Blancus et Verdilia hanc cartulam fieri rogaverunt, et Blancus uxori sue ibidem consensit. Rolandus iudex sacri pal. sic interfui et ss. Duga f. Stranbi, Ronciliatus qd. Guarminiani, Simeone f. Viviani Beraldelli, q. huic contractui tt. interfuerunt, manusque imposuerunt. Rainerius not. imp.

*Originale:* O. 61.

[1] *Corretto da* nostras portiones [2] *Corretto da* portione

1293. *24 Settembre 1171.*

« Alia refutatio Ferrarii[1] et Albertini f. eius de omni eo, quod usque ad illud tempus iniuste detinuerunt contra eccl. S. Martini in Gragno vel ubicumque fuerit, et penam promiserunt. A. Domini MCLXXI, VIII kal. oct. Contrarius not. ».

*Regestum A, c. 4 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 1027, cui si riferisce.*

1294. *Lucca, 26 Settembre 1171.*

Breve memorie, qualiter infra Luc. civ., intus canonicam S. Martini, in conspectu Federighi qd. Bernarduccii, Catenaccii qd. Boni de Bacchiano, Petri de suprascripto l. qd. f. Ubertelli et aliorum, Ildebrandinus qd. Lambertuccii et Bolgarinus qd. Homicioli investierunt Benedictum presb. et Henrigum subdiac. canonicos et camerarios suprascripte eccl. et canonice, recipientes pro eccl. et canonica, quod deinde in antea ipsi vel heredes ac proheredes rederent pensionem canonicis omni anno in mense dec. den. XVIII Luc. de una petia de terra, q. est silva, in l. S. Ianuario u. d. Carbonaiola, unde ipsi antea soliti erant reddere canonice X sist. de castaneis mollariis; de qua suprascripti camerarii eos investiverant; que tenet: unum caput in terra Brunecti qd. Vitalis de Domo, alterum in terra Fantini, latus in terra Merletti qd. Lieti, alterum in terra Guiduccii Gellani et de suis consortibus. Ildebrandinus et Bolgarinus obligaverunt se et heredes ac proheredes, sub pena Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum et potestatis de S. Ianuario, reddere pensionem, recipiendo manducare una persona omni anno, et non laxare terram nec studiose eam peiorare.

A. MCLXXI, VI kal. oct., ind. v. Suprascripti homines ibi interfuere. Dulcis not. imp.

*Originale:* I. 172. *Nel verso, da mano del sec. XIII:* Hanc terram habent Bonagura qd. Angiorini et Grinta *(?)* eius germanus et Guido et Galganus qd. Bonifatii et • • de S. Ianuario.

1295. *Lucca, 31 Ottobre 1171.*

A. MCLXXI, prid. kal. nov., ind. v. Nos Gotifredus et Henricus gg. ff. qd. Laffricanti per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Facto qd. Fridiani da Vaccole duas petias de terris in confinibus da Miate u. d. a Pisciule; una est campus, (tenet:) caput in via publica da Montiolo, alterum in via et simitula, latus unum in terra eccl. S. Petri da Miate, alterum in terra Ranucci Rodelossi; altera est vinea, tenet: unum caput in monte di Marmoraia, aliud in suprascripta via et simitula, latus unum in terra suprascripte eccl., alterum in terra Brunecti da Corte. Sunt inter ambo, iusta pert. mensurata, star. XIII et dimidium. Vendimus pro pretio IX libr. et V sol. et dimidium Luc. den. Pena dupli et consulum et treguanorum Luc. vel alterius potestatis, que fuerit in iamdicta civ. Act. Luce, in classo qui d. Salaiolo. S. m. gg. S. m. Bestrichi qd. Iohannis, Vaccolesi f. Iohannecti et Gratiani qd. Sigherii tt. Suprascripti gg. obligaverunt se eorumque heredes, sub predicta pena, si iamdictus Facto vel sui heredes de suprascripta vendictione habuerint dannietatem cum ratione ex parte suarum uxorum et Ilie matris earum sive alicuius persone, quod ipsi emendabunt eis cap(ut) tantum de dannietate infra unum mensem post inquisitionem. Ciprianus not. imp.

*Originale:* G. 79.

1296. *Ponte del Marchese (Ponte S. Pietro, Lucca), 6 Gennaio 1172.*

Breve ad futuram demonstrationem, qualiter in l. Pontis Marchionis, intus ęccl. S. Petri de ipso l., bonorum virorum presentia nomina quorum inferius scripta in[ve]niuntur, presb. Guido custos et rector case suprascripti pontis convenit et promisit Gualardo qd. [Ilde]brandi et Malepose qd. Guilielmi et Gualando qd. Bottori atque Alamanno qd. Videcori, ipsis quidem recipi[en]tibus pro se et pro omnibus dominis molinorum porte S. Donati et porte S. Fridiani et Guilielmetto et Ceriolo et Passarino et Lumbardo et Morando atque Bottacio consulibus mugnariorum, quod deinceps in antea totum legnamen molinorum porte S. Donati et porte S. Fridiani et totum coriedum, quod ad ipsos molino[s] pertinet a Ponte Marchionis in ioso iverit, readquiret et

reducet et reconperabit [et fa]ciet reducere suis expensis usque ad casam pontis; et si haberet inde damnum, convenit emendare eis vel illi, cui damnum fuerit. Item convenit predictis consulibus, dare eis et mugnariis omni anno unam commestionem per Nativitatem Domini et in Resurrectionem Domini aliam comestionem, solito more, et in omnibus kal. dare unicuique consuli mugnariorum den. II et omni anno unum panerium de u[v]a Corbana, et de candellis per Candellarium et unum star. de panico et unum star. de fabis. Pena: XX libr. Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futturorum, vel illius potestatis, que dominabitur Luce pro tempore. Guilielmettus et Ceriolus et Passarinus et Lumbardus et Morandus atque Bottacius consules mugnariorum convenerunt et promiserunt presb. Guidoni, quod totum granum, quod ipsi recollegerint[1] vel facit recolligere, dabunt vel dare facient presb. Guidoni vel ubi consules pontis cum eis accordaverint, et facient iurare omni anno eorum consules, sicuti solitum est, ad bonum pontis, ita quod consules pontis, omnes vel unus aut plures eorum, cum eis esse debeant ad faciendum et ordinandum ad bonum et salvitatem pontis. Pena: XX libr. Luc. den. et sub pena consulum[2] etc. Hec acta sunt in presentia Buoni qd. Dominici, Lanthi qd. Orlanduci, Navisciani fratris eius, Pasci qd. Ughicionis, Corsi f. Buoni, Malegallie qd. Signorecti, Ranucini qd. Guilicionis, Bonadie qd. Guiduci. A. MCLXXII, VIII id. ian., ind. V. Appollonius not. imp.

*Originale*: X. 106.

1 *Corretto da* recollegeret 2 *Segue come sopra.*

1297. *Ponte del Marchese (Ponte S. Pietro, Lucca), 18 Marzo 1172.*

Breve memorie, qualiter in capite pontis, qui d. Marchionis, presentia bonorum hominum nomina quorum inferius scripta sunt, Guido presb. et rector eccl. S. Petri de suprascripto l. Ponte, litigans pro suprascripta eccl., ab una parte, et Malagalia qd. Segnoretti litigans, ab altera parte, invicem inter se investitionem dederunt, et Guido se suosque successores et predictam eccl., et Malagalia se suosque heredes obligaverunt, sub pena C sol. Luc. den. et consulum et treuguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis Luc., quod quicquid Rolandus iudex imp. et qd. Guarmignani et Rossus qd. Henrigi, de lite infra posita, quę inter eos vertebatur, per laudamentum dicerent, ipsi et eorum heredes seu successores et predicta eccl. omni tempore firmum et ratum haberent; que lis talis erat: petebat presb. Guido a Malagalia, ut nullum imbrigamentum faciat super ulti-

mam murellam predicti pontis et quod ibi superimpositum habet, auferat; Malagalia negabat. Item petebat, ut non faciat aliquod inpedimentum ante murum sue domus nec a latere ipsius muri usque ad frontem proxime murelle; Malagalia negabat. Item petebat, ut reducat lopium iuxta foveam, ut via sit expedita, et ut arbores, quę sunt in greppo ipsius fovee terrę Urbicianensium, permittat ei auferre; Malagalia negabat et dicebat, quod hanc utilitatem debet habere pro pensione medietatis libre olei, quę reddit suprascripte aeccl. pro una pert. terre, sicut in carta Ughi not. continetur. Item petebat, ut permittat ei auferre duas arbores, quę sunt in via publica, quę via est inter utrasque terras suprascripte eccl., sicut in cartula offersionis continetur, scripta manu Lanfranchi not., quia dicebat illam viam in proprio eccl. esse, sicut in eadem carta dicitur; Malagalia negabat. Litem Rolandus et Rossus diligenter cognita(m) et allegationibus utriusque partis sollempniter auditis et inspectis, taliter per laudamentum diffinierunt: Rolandus, cum consilio et accordamento Rossi, Malagaliam condempnavit, ut nullum imbrigamentum faciat super predictam ultimam murellam et quod ibi superimpositum habet, dehinc ad octo proximos dies auferat, et auferat imbrigamentum, quod habet ante murum sue domus, et aliud, quod est a latere usque ad frontem proxime murelle, et ut reducat lopium iuxta predictam foveam, sicut termini positi sunt, a cantone murelle in antea; sed Malagalia debeat incidere arbores, et sibi habere, dehinc ad proximas aprelis kal., et terra remaneat ad utilitatem suprascripte eccl. A petitione predictarum duarum arborum Malagaliam absolvit tali modo, ut dehinc ad unum annum, quandocumque velit, auferat grossiorem arborem et nullam postea superimponat, sed terra remaneat vacua, sicut via publica. Presentia: Pandulfini qd. Guarnerii et Buoni qd. Dominici et Gerardini, prenominati Grassi, et Baricche qd. Rustici et Pascii qd. Fascioli atque Lutterii qd. Pittonis et aliorum quamplurium. A. MCLXXII, XV kal. apr., ind. V. Rolandus iudex sacri pal. et predicte litis cognitor ss. Supradicti homines ibi fuere. Albertus not. imp.

*Originale:* B. 82.

1298. *Lucca, 29 Marzo 1172.*

A. MCLXXII, IV kal. apr., ind. V. Nos Ubertus qd. Sagine et Bona eius uxor et filia qd. Petri, mihi Bone viro meo consentiente, interveniente ibi notitia Gualandi imp. iudicis, a quo interrogata sum secundum edicti paginam, ideo per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Malafronte qd. Ghirardini unam petiam

de terra, q. est vinea cum arboribus, in l. et fin. Moriano, prope eccl. S. Cassiani u. d. in Col di Fiocco: unum caput de ea vie publice copulatur, alterum in terra filiorum Riccii, latus in terra tua et in terra Gottifredi Rubei et in terra filiorum Dombelli et suorum consortum, alterum in via publica; de qua terra reddimus omni anno monasterio S. Georgii III sol. Luc. den. Accepimus pretium, sol. C Luc. den. monete. Pena dupli et sub pena Luc. consulum et treuguanorum et potestatis Luc. presentium et futurorum. Act. Luce. S. m. iugalium, Ubertus uxori sue consensit. Insuper [... no]s iugales ti[bi] Malafronti tuisque heredibus omnia nostra bona mobilia seu inmobilia, que habemus [... au]t habituri sumus, tibi iure pignoris obligamus, ita quod nos vel nostri heredes, dehinc ad unum annum proximum venturum, [disbri]gabimus tibi vel tuo heredi suprascriptam terram a predicta pensione III sol. et ab omni alio honere, si quod ibi est; si autem hoc non fecerimus, et vos vel vestri heredes aliquod dannum habueritis, quod habeatis regressum super omnia nostra bona in tantum, quantum dannum forte (fuerit?), sub omnibus penis predictis. Gualandus iudex inp. his omnibus interfui et ss. Gratianus not. imp. t. interfui et ss. S. m. V[...], [...] tt. Caccius [not. imp.].[1]

*Originale:* F. 139.

[1] *Il nome del not. si legge per intero nella* corroboratio.

1299. *Lucca, 2 Aprile 1172.*

A. MCLXXII, IV non. apr., ind. V. Ego Ceppus[1] qd. Bernardi per hanc cartulam vendo et trado tibi Malafronti qd. Bordelle unam petiam de terra, quę est campus, in l. u. d. ad Vaccule, ad Sanctum Cristoforum, et tenet: unum caput in terra Biccari qd. * *, aliud in rio et aliquantulum in terra Bonnoti qd. Aldeberti cum uno latere, aliud latus in iamdicto rio. Est per mensura star. V et unam scalam, vel si plus inventa fuerit. Recepi pretium, libr. III den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in Cortina S. Petri. S. m. Ceppi. Malafronte investivit Ceppo, ut habeat suprascriptam terram per tenimentum et eius heredes ac[2] proheredes, ad reddendum omni anno Malafronte aut eius heredes ac proheredes star. XII de ordeo, ad star. de Classo, ad casam habitationis eorum tractum et paratum, sub predictis penis. S. m. Lambercioni qd.

Anrichi, Belandini qd. Benetti et Valliano qd. Ildebrandini tt. Petrus not. imp.

*Originale:* B. 56.

[1] *Corretto da* Ceppo [2] *L'orig. ha:* ad

1300. *Lucca, 2 Aprile 1172.*

A. MCLXXII, IV non. apr., ind. v. Nos Villanus et Osaldorus gg. et ff. qd. Ildebrandini per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Malafronti qd. Bordelle unam petiam de terra, q. est vinea, in l. et fin. S. Cristofori de Vaccule, in l. u. d. ad Bagniolo, et tenet: unum caput in terra filii Segnoretti, aliud in terra Martini qd. Gualdradi et nepotis eius, latus unum in terra filii qd. Ubertelli Segalale, aliud in terra Bonaciori qd. * * et nepoti(s) eius. Recepimus pretium, sol. XLV den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in Cortina S. Petri. S. m. gg. Preterea Malafronte investivit suprascriptis gg., ut haberent et tenerent iamdictam terram per tenimentum ipsi et eorum heredes ac proheredes, ad reddendum omni anno star. IX de ordeo, ad star. de Classo, ad casam habitationis Malafronti et suis heredibus ac proheredibus, sub predictis penis. S. m. Lambercioni qd. Anrichi, Ceppi qd. Bernardi, Belandini qd. Benetti tt. Petrus not. imp.

*Originale:* G. 140.

1301. *Borgo S. Frediano (Lucca), 4 Maggio 1172.*

A. MCLXXII, IV non. madii, ind. v. Nos Guilielmus qd. Brunichi et Donnadalponte eius uxor et filia qd. Orlandi, mihi Donnadalponte consentiente viro meo, ubi interfuit notitia Gualandi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Tromberto qd. Iohannis casam et rem massariciam et Corsum qd. Marconis manentem, in ea residentem, quam habemus in l. u. d. Domethano, et omnes terras cultas et incultas atque agrestes, quante ad predictam casam et rem massariciam sunt pertinentes et Corsus a nobis ad lab. habere et detinere videtur. Recepimus pretium, libr. VIII et sol. X den. Luc. monete. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in Burgo S. Fridiani. S. m. iugalium, Guilielmus uxori sue consensit. S. m. Iohannis qd. Bonfilii, Guidotti qd. Petri, Viviani qd. Iohanelli tt. Petrus not. imp.

*Originale:* M. 41. *Cf. il reg. seguente.*

1302. *(4 Maggio?) 1172.*

« Venditio Guilielmi qd. Brunichi qd. Gerardini qd. Pacci qd. predicti Bonii[1] de masio de Sala, quod obtulit supradictus Rainerius[2] qd. Roffredi in Domeçano, Tromberto qd. Iohannis; quod regebatur per Corsum[3] qd. Marconis; de quo predictus Corsus reddebat eidem Guilielmo tres somas vini, ad star. * * et tres libr. olei. A. Domini MC septuagesimo secundo ».

*Regestum A, c. 2. Cf. il reg. precedente.*

[1] *Il ms. aggiunge:* de Farnetanis; *cf. il reg. n. 607, cui si riferisce.* [2] *Cf. il reg. n. 69, cui si riferisce.* [3] *Il ms. nell'interlineo aggiunge:* de quo Trullius castaldus noster

1303. *6 Settembre 1172.*

« Iucunta uxor Simionis et filia condam Bernardi vendidit Luc. capitulo omnes terras suas, quas habebat in confinibus de Fibbialla; unde recolligebat omni anno saumas V et star. XVI vini musti; ut continetur manu Dulcis not. (A.) MCLXXII, VIII idus septenbr. ».

*Regestum B, c. 96 v.*

1304. *Lucca, 10 Settembre 1172.*

A. MCLXXII, IV id. sept., ind. VI. Nos Guido sacerdos eccl. S. Bartholomei, que d. Galli,[1] infra Luc. civ. constructe et edificate, atque Peregrinus f. Ugolini Berlescie,[2] quia per illam potestatem quam dedit nobis Vivianus qd. Bensevegie de rebus suis vendendi et alienandi, pro eius debitis solvendis, et ego Duralfrius g. suprascripti Peregrini, omnes tres, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Bonaccorso qd. Gerardini omne ius et actionem, locationem, tenimentum, usum, derictum atque melioramentum, que predictus Vivianus habet et ei pertinent de una petia de terra, q. est ortale cum arboribus, u. d. in Casale,[3] unde redduntur omni anno eccl. canonice S. Martini Luc. episcopatus star. VI de grano et VI de fabis, cum iusto star. Luc. venditorio, tractis et paratis Luce ad eandem canonicam, et canonica debet dare manducare semel in anno duobus hominibus, q. predictam blavam portaverint; et unde redduntur omni anno domine Maccatuccie unus star. de grano, ad eundem star., et unus pollaster[4] ad eius domum; que tenet: unum caput in via publica, aliud in terra et media fossa Ugolini caltholarii, latus in terra et media fossa tua, alterum in terra et media fossa Armanni qd. Spiguli et in terra et media fossa Gerardini qd. * *. Recepimus pretium, libr. VIII Luc. den., quas dedimus Covarane qd. Arnaldi pro solvendo ei debito eiusdem Viviani. Pena dupli et libr. XVI Luc. den. et sub pena consulum et treuguanorum Luc. presentium et futu-

rorum et alterius potestatis, si qua pro tempore Luce prefuerit. Act. Luce. Prefati presbiter Guido et Duralfrius atque Peregrinus, ambo gg. hanc cartulam fieri rogaverunt, et idem gg. soli se et suos heredes auctores et defensores inde fore spoponderunt, set potestas vendendi, ut retulerunt, fuit data solummodo presbitero Guidoni et Peregrino. Sciattarinus qd. Leti, Parte qd. Vitalis, Truffa f. Adiuti, Ugolinus qd. Aciarii tt. huic contractui tt. interfuerunt, manusque imposuerunt. Otto not. imp.

*Copia del sec. XII, di* Accursus not. imp.*:* G. 169*; Regestum A, c. 36 ; Regestum B, c. 50 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII-XIII:* Cartule apud S. Angelum in Campo.

[1] *Il Reg. B:* eccl. S. Bartholomei de Gallo [2] *Il Reg. A:* Peregrini Berlescie*; il Reg. B:* Pelegrinus Berlescie [3] *Il Reg. A:* apud S. Angelum in Campo u. d. in Casale *etc.;* quam (terram) olim detinuit Martinus Galli et fratres, ut in rotulo dicitur. [4] *Il Reg. A:* reddunt domine Maccatuccie I star. grani et II pollastros

1305. *Lucca, 21 Dicembre 1172.*

A. MCLXXII, XII kal. ian., ind. VI. Ego Laboratore qd. Toperti per hanc cartulam vendo et trado tibi Benenato qd. Bonfilii omnem actionem et locationem, tenimentum, usum et melioramentum atque omne ius, quod mihi pertinet de mea portione, q. est quartadecima portio, de uno molino et omni sua pertinentia, quod videtur esse in l. Massa Macinaria u. d. a Valle, unde tu solitus es mihi reddere omni anno pensionem den. VI. Actionem etc. de molino cum sedio et pertinentia tibi vendo pro pretio IX sol. den. Luc. Pena dupli et consulum et treguanorum Luc. et potestatis Luc. Act. Luce, in classo qui d. Salaiolo. S. m. Laboratoris. S. m. Grimaldi qd. Henrici de Liovane, Carionis qd. Henrici et Lucchesi qd. Ugolini tt. Ciprianus not. imp.

*Originale:* S. 121. *Nel verso, da mano del sec. XII-XIII:* De molino de Valle, quod iudicavit Benenatus. *Cf. il reg. seguente.*

1306. *Lucca, 21 Dicembre 1172.*

A. MCLXXII, XII kal. ian., ind. VI. Ego Carione qd. Henrici per hanc cartulam vendo et trado tibi Benenato qd. Bonfilii omnem actionem[1] atque omne ius, quod mihi pertinet de mea portione, q. est quarta portio, minus den. IV de ipsa portione, de una petia de terra cum sedio de molino et cum sua pertinentia in l. Massa Macinaria u. d. a Valle; de qua portione tu solitus es mihi reddere omni anno pensionem den. XVI. Omnem actionem etc. tibi vendo pro pretio XXVII sol. den. Luc. Pena dupli et consulum et treguanorum Luc. vel alterius potestatis, que fuerit in predicta civ. Act. Luce, in classo qui d. Salaiolo. S. m. Carioni. S. m. Ugolini qd. Lanberti, Laboratoris qd. Toperti et Lucchesi qd. Ugo-

lini tt. Gontelda uxor Carioni, coram predictis tt. et consensu viri sui, obligavit se suosque heredes, sub pena XL sol. et consulum et treguanorum Luc. et potestatis Luc., de non litigando neque molestando ullo tempore Benenatum nec suos heredes de vendictione, quam vir suus odie Benenato fecit. [C]iprianus not. imp.

*Originale:* E. 62.

[1] *Segue come nel reg. precedente.*

1307. *1172.*

« Refutatio Bulsi qd. Ugolini nepotis Thucchi et Lamberti Terribilis, pro se et Arrigo pupillo qd. suprascripti Ugolini, de terra, quam detinebat suprascriptus Philippellus[1] in Mugnano a S. Martino. A. Domini MCLXXII° ».

*Regestum A, c. 23 v.*

[1] *Cf. il reg. n. 1176, cui si riferisce.*

1308. *Vivinaia, 19 Febbraio 1173.*

A. MCLXXIII, XI kal. mar., ind. VI. Ego Borgongnone qd. Armanni per hanc cartulam, in loco pingnoris, do et trado atque obligo vobis Lucardino qd. Lamberti et Rainaldo f. Beti duos petiis de terris, que sunt campora, in Campo de Piscia; unum petium est u. d. alle Dethe, et tene: uno capo in via, alio in bosco, per quam currit Ralla per eam, lato uno in terra Ildibrandini qd. Sesmondini, alio in terra S. Petri; secundum petium est u. d. alla Pescia Morta, et tene: uno capo in terra, q. fuit Bolgarelli, alio in terra Pesciatina et lato, et alio lato in terra suprascripti Ildibrandini. Sunt per mensuram cultra una. Recepi pretium, sol. LX bonorum den. Pena dupli et sol. CC bonorum den. et sub pena potestatis et de consulibus et de treguanorum, qui per tempora fuerint, de civ. Luca. Eo modo et pacto: Si ego vel mei heredes dederimus vobis vel vestris heredibus sol. LX, ista cartula et suprascripta terra ad nobis revertatur, et quando nos persolverimus in mense ian. vel febr., persolvere promitto, sub suprascripta pena. Act. Vivinaria. S. m. Borgongnoni. S. m. Vicini et Borguri de Sala qd. Iohannis et Iohannis f. Ubertelli tt. Glandulfus not. regis.

*Originale:* M. 149. *Nel verso, da mano coeva:* Cartula Lucardini de Sancto *(?)* [Ianuario ? et ?] Rainaldi.

1309. *Segni, 23 Marzo 1173.*

Alexander (papa). Hugoni archipresb. Luc. aeccl. eiusque fratribus. Predecessorum nostrorum Gelasii, Eugenii, Anastasii

et Adriani vestigiis inherentes, antiquas eccl. vestrę[1] atque rationabiles consuetudines confirmamus *etc. (come nella bolla di Gelasio II, 1118, settembre 13, cf. il reg. n. 763, fino a* subtrahantur, *poi)* sicut nec ab antiquo fieri consuevit; confirmamus etiam vobis oblationes aliarum ecclesiarum, quas vel in festivis processionibus vel in defunctorum exequiis accipere consuevistis; electiones priorum et collocationes clericorum in eccl. S. Reparate, S. Angeli in Foro, S. Petri Maioris, S. Donati, S. Marie Forisportam sine consensu episcopi et priorum, q. locopositi nominantur, maioris eccl. non fiant; nec laicorum *etc. (come sopra nella bolla di Gelasio II, fino a* obedientias, *poi)* ad chrisma conficiendum *etc. (come nelle bolle di Gelasio II e di Adriano IV, 1155, aprile 16; cfr. il reg. n. 1138, fino a* conventus, *poi)* quemadmodum ab antiquo fieri consuevit. Nullus clericorum, *etc. (come nella bolla di Gelasio II, fino a* celebrare presumat *poi)* statuimus, ut si quis infra civ. vel in suburbiis, apud matricem eccl. sepulturam elegerit, nulli liceat vobis vestrisque successoribus vim inferre, salvis privilegiis Rom. Eccl. Statuimus, ut decimę *etc. (come nella bolla di Gelasio II, fino a* iudicio. *poi)* Caritativa *etc. (come nella bolla di Adriano IV, fino a* exhiberi *poi)* et vobis vestrisque posteris, secundum antiquam consuetudinem, precipimus illibata servari. Possessiones, quas bone memorie Berta regina seu fideles alii ad canonicorum in B. Martini eccl. gubernationem concessisse noscuntur, sive in futurum concedi contigerit, vobis confirmamus. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: hospitale S. Martini cum eccl. S. Alexandri, eccl. S. Stephani de curte S. Martini, eccl. S. Thome, eccl. S. Cristofori de Arcu, et quicquid habetis in eccl. S. Iusti de Arcu, et eccl. S. Anastasii, decimas quoque reddituum qui de Luc. curia episcopo proveniunt. Extra civ.: eccl. de Massagrosi, eccl. de Fabialla, eccl. de Gualdo, eccl. de Valle Primaria, et tres ecclesias de Massa Macinaria, eccl. de Villore, eccl. de Ciciana, eccl. S. Viti de Picciorano, et plebem de Suggruminio cum omnibus cappellis suis, eccl. S. Concordii iuxta Arsinam, eccl. S. Petri de Octavo, eccl. de Galleno, eccl. de Nechia. In plebe de Cerreto: eccl. S. Marie de Streda et eccl. de Corliano. Dat. Signie, per manum Gratiani S. R. Eccl. subdiac. et not., x kal. apr., ind. VI, a. M°C°LXX°II°, pontif. Alexandri pp. III a. XIIII°.

*Originale:* BB. 14. *Sigillo di piombo. Copia cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.* P ✠ XI, *c. 47. Jaffé-L., n. 12212; Kehr, Gött. Nachr., 1903, 619, n. 10 e Italia Pontificia, III, 404, n. 38.*

1 vestrę *è scritto su rasura.*

1310. *9 Maggio 1173 (?).*

« Exemplum carte fidelitatis et iuramenti[1] hominum de Massa.[2] Manu Petri not., de Cortina S. Petri. (A.) MCLXXIII, septimo idus madii ».[3]

*Regestum* A, *c. 38 v, scrittura della fine del sec. XIII. Crediamo che per la data debbano confrontarsi i regesti nn. 1497, 1498.*

1 iuramenti *è nell' interlineo.* 2 *La rubrica dice:* Memoria quarumdam cartarum de Massagrosa. 3 *Il ms. aggiunge:* Cuius rog(itus) habet Tomasus qd. Orlandi Leonis de Cortina.

1311. *Stiava (Lucca), 13 Maggio 1173.*

A. MCLXXIII, III id. madii, ind. VI. Nos Beldone qd. Martini et Boniminus nepos suprascripti Belldoni et qd. f. Raimundini et Faciellus et Bunicus gg. qd. ff. Ceci per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Picchio qd. f. Homodei nostram portionem unius petie de terra, q. est vinea, in confinibus Sclava u. d. Trognaula; et tenet: unum caput in terra Colese, alterum in rio, latus unum in terra Corsi et Rabotti de Poio et in terra Martini de Vitiano, alterum in terra Bonacorsi qd. Broncoli. Competit mihi Beldone quarta portio, et mihi Bunimino cum Fridiccione et Martino gg. meis et Ildibrandino[1] nepote meo altera quarta portio, et nobis Fanciello et Bunico gg. alia quarta portio. Recepimus pretium ego Beldone, pro mea portione, VI sol. den. Luc. monete, ego Buniminus, inter me et suprascriptos meos gg. et predictum meum nepotem, VI alios sol. Luc. monete, et nos Fanciellus et Bunicus gg., pro nostra portione, sol. V Luc. monetę. Pena dupli et in pena sol. XL Luc. monetę, sub pena illius p[otestatis? que?] nos constringit, et in pena potestatis de Montemangno; intramus nos Beldone et Buniminus mallevatores et nos, nostrosque heredes obligamus esse auctores et defensores tibi Picchio et tuis heredibus, si de suprascripta petia, a meis qui supra Buniminus gg. vel a nepote meo, molestati fueritis; et sub eadem pena et potestate obligamus nos qui supra Fanciellus et Bunicus pro nostris uxoribus esse vobis auctores et defensores. Act. Sclava, intus campo ecclesię. S. m. venditorum. S. m. Malli qd. Bonelli, Boddoli qd. Blanci, Fatosi qd. Gerardini, Furangnoli f. suprascripti Fancielli tt. Niger not. imp.

*Originale:* N. 182.

1 *Segue* germano *cancellato.*

1312. *30 Giugno 1173.*

« Albertinus qd. Greci tulit sententiam inter Schessam advocatum (Luc.) capituli et Villanum qd. Rogerii, et laudavit, quod dictus Villanus non inferret aliquam litem Luc. capitulo de

una petia terre posita prope eccl. S. Petronille de Massa Macinaria. Manu Turchii not. (A.) M°C°LXXIII°, prid. kal. iulii. Et in qua terra consuevit esse cimiterium ».

*Regestum B, c. 36 v; Regestum A, c. 50. Il Reg. A:* Sententia inter eccl. S. Martini et Villanum qd. Ugerii, q. dictus est Villanus Pathi, de terra iuxta eccl. S. Laurentii, in Massa Macinaria; per quam condepnatus, ut predicta terra sit S. Martini, pro eccl. S. Laurentii; ubi est cimiterium.

1313. *13 Luglio 1173.*

« Ubaldus qd. Raynerii de Pedona obtulit eccl. S. Martini omnes terras, quas habebat in l. dicto Milliano et in confinibus Massagrose; que terre de Milliano tenentur per Bellonem et Budricchium[1] de Milliano, ad reddendum exinde VII sol. et medium et decem ascinatas vini et tres gallinas et tres partes unius starii ordei et tres focaccias et XX pallas; terre vero (de) Massagrosa tenentur per Paulum massarium cum consortibus suis; de quibus redduntur den. VIII et unum admescere; ut de ipsa oblatione continetur, manu Lucani not. (A.) MCLXXIII, III idus iulii ».

*Regestum B, c. 93 v.*

[1] *Pare corretto da* Buldricchium

1314. *Lucca, 9 Agosto 1173.*

Breve descriptum causa memorie, qualiter extra Luc. civ., intus claustrum eccl. S. Fridiani, site et hedificate prope fluvium Serchium et prope Fontanam, rectus adstans Vernus prior maior eiusdem eccl. (coram) domino episcopo de Castello et Gregorio quondam plebano et Rolando S. Michaelis de Foro priore, Damiano et Tignioso concanonacis eccl. B. Martini, qui caput est Luc. episcopatus, Gottifredo causidico et Ventura qd. Curradi de Burgo atque Alberto f. Grotici de Porta, omnibus ibidem presentibus et prospicientibus, Ieronimus quoque claustralis prior suprascripte eccl. S. Fridiani et Bernardus et Petrus sacerdotes, magister Riccardus et magister Stefanus confratres et concanonaci prefate eccl. S. Fridiani, intus capitolum claustri suprascripte eccl. S. Michaelis de Foro residentes, ab una parte, pro se et toto clero ipsius eccl. S. Fridiani, magister vero Guilielmus, iamdicte eccl. S. Martini primicerius, intus claustrum eiusdem eccl. S. Martini, in presentia magistri Pandulfi diac. et Enrici qd. Tasche subdiaconi nec non Boni diac. et Gerardi qd. Conecti Maghiarii et Boldronis qd. suprascripti Tasche, ibidem presentibus et intelligentibus, magister etiam Ugo archipresb. et Damianus quondam prior suprascripte eccl. S. Michaelis, Benedictus, Tigniosus et Guido qd. Bernarducci sacerdotes et predictus magister Pandulfus ac suprascriptus Enricus confratres et con-

canonaci eccl. S. Martini, intus predictum capitolum S. Michaelis de Foro, ab altera parte, residentes, pro se et toto clero ipsius eccl. S. Martini, ad invicem ambe partes inter se compromiserunt et se suosque successores omnes obligaverunt, sub pena domini pape et c libr. arg., sub pena quoque consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Luce pro tempore dominabitur, quod quicquid prenominati Rolandus prior S. Michaelis et Gottifredus causidicus de lite et controversia inter eos, infra posita, per laudamentum dicerent, firmum et stabile atque ratum haberent et tenerent perpetuo. Lis et controversia talis erat: videlicet de processionibus, q. fieri solent in festo s. Martini et s. Reguli et secunda feria Pasche Resurrectionis Domini et de missa maiore sollempniori, quam debeant non celebranda in predictis sollempnitatibus in eccl. S. Fridiani, et de sollempnitatibus s. Fridiani et s. Laurentii, in quibus canonaci maioris eccl. S. Martini se invitari debere asserebant, et totam oblationem habituri, et de laico, q. cassam defert, a refectorio excluso, et similiter de stationibus, quę fieri solebant quadragesimalibus diebus, in quibus, antequam conventus solveretur, missam dicebant illos celebrare, ibique non convenire, et in sabbato et dominica Pentecosten quędam necessaria ad officium Deo celebrandum fore negata, et de oblatione defunctorum parrochianorum S. Fridiani, quando ipsi canonaci S. Martini invitabantur et missam celebrarent, eam totam suam esse dicebant, et de consecratione duarum capellarum facta, quę omnia canonaci matricis eccl. S. Martini sibi fieri debere et non prohiberi a canonacis S. Fridiani, vel non iure facta asserebant. E contra prior S. Fridiani eiusque canonaci ipsius eccl. quędam superius dicta confitebantur eis fieri debere, quędam negabant, asserentes oblationis defunctorum controversiam a Calixto summo pontifice fore decisam, duabus partibus adiudicatis canonacis S. Fridiani, tertia canonacis maioris eccl. Itemque affirmabant aliquem laicum vel clericum ad conversionem vel sepulturam ex devotione ad eccl. S. Fridiani venire volentem, eis a canonacis S. Martini de iure canonico non debere prohiberi. Lis et controversia, cum commissa esset ad diffiniendum per laudamentum in R o l a n d u m presb. et priorem eccl. S. Michaelis de Foro et G o t t e f r e d u m causidicum, ut inferius continetur diffinita est, dicentes: In nom. Domini, amen. In lege scriptum est: Honora patrem et matrem. Si pater vel mater honorandi sunt, quanto magis honestius et devotius matrix eccl. honoranda est. Cum eccl. S. Fridiani, Deo actore, honestate et religione vigeat, et matricis eccl. principale membrum sit, dignum et iustum est, ut matrici eccl. honorem impendat: ideo nos laudamus et dicimus, qua-

tinus donnus prior eccl. S. Fridiani, si aderit et si iusta causa non impeditus, in sollempnitatem s. Martini et s. Reguli et secunda feria Pasche Resurrectionis Domini apud eccl. S. Martini cum quinque de fratribus suis canonacis ad missam maiorem conveniat; sin autem sex de fratribus canonacis conveniant et in his tribus festivitatibus sollempniorem missam maiorem cum sonitu maioris campane non celebrent; sed in vigilia s. Laurentii et in festo, ad quod canonaci maioris eccl. invitati, venire consueverant, ob longitudinem vie et ob gravitatem ieiunii et magni solis ardorem illi eos non invitent et, ut illesi permaneant, venire desistant; in Gregorianis letaniis solitus modus inter eos servetur. Et dicimus, ut in sabbato et dominica Pentecosten canonaci maioris eccl. ad eccl. B. Fridiani ad celebrandum baptisma et in dominica ad maiorem missam celebrandam cum solito apparatu venientes et si qua desunt ad officium peragendum et missam celebrandam in sabbato Pentecosten et dominica Pentecosten et in festo s. Fridiani veluti calix, turibulum, missale vel alia utensilia ad hec supradicta convenientia, non ex debito vel usu, sed fraterne et amicabiliter petantur, et fraterne et amicabiliter, sicut decet fratres, tribuantur. Item laudamus et volumus, ut quotiescumque canonaci maioris eccl. apud eccl. S. Fridiani ad exsequias alicuius persone defuncte invitati fuerint, fratres et canonaci S. Fridiani non prohibeant neque contradicant. Et si invitati convenerint, et missam celebraverint, unus de fratribus canonicorum S. Martini et unus de fratribus canonicorum S. Fridiani ad custodiendam oblationem semper eligantur, eamque bene et integre custodiant et unus alteri vim inde non inferat, neque sub specie pauperum neque per aliquam summissam personam vel alio modo eam minuant, sed ipsius integre custodite medietas sit canonicorum S. Martini, et altera medietas canonicorum S. Fridiani. Item laudamus et dicimus, ut, si aliqua persona ad canonicum ordinem vel conversionem vel ad sepulturam ad eccl. S. Fridiani ex devotione venire voluerit, non prohibeant neque contradicant canonaci eccl. S. Martini, ita ut si clericus est, que sua sunt, iuste vel rationabiliter secum deferat vel tribuat eccl. S. Fridiani, aliena dimittat; si autem laicus et est de parrochia S. Martini vel de proceribus, qui debent sepeliri ad eccl. S. Martini, si infirmus est, sepulturam ad eccl. S. Fridiani non habeat, si sanus est, liceat ei se et sua ecclesie S. Fridiani dare; si non est de parrochia vel sepultura B. Martini, liceat ei omnia suprascripta facere; oblatio misse maioris sabbati et dominice Pentecosten et festivitatis s. Fridiani, a canonacis eccl. S. Martini celebrate apud S. Fridianum, integre sit canonicorum S. Martini, data solita expensa pro imple-

tione Fontis; et quotiens canonaci maioris eccl. ad predictas sollempnitates vel exequias defunctorum ibi convenerint, maioratum officii semper habeant et teneant; ad sollempnitatem s. Fridiani canonaci S. Martini honeste et amicabiliter a canonacis S. Fridiani invitentur et illi, cum venerint, in receptione et refectione honorifice suscipiantur; laico autem, q. cassam indumentorum defert, non excluso neque ab eis in refectione separato; predictis omnibus aliis controversiis ab utraque parte sopitis. Hec omnia pro bono pacis et pro fraterna concordia, quam Deus omnipotens inter ambas partes perhenniter conservet, dicimus et laudamus. Hoc factum fuit Luce, intus capitolum eiusdem eccl. S. Michaelis; in presentia Rodulfi et Petri sacerdotum, Iohannis diac. concanonicorum S. Michaelis, et Romei presb. de S. Sentio[1] et Tholomei diac. eccl. S. Petri Somaldi; presentia quoque Uberti qd. Gerardi qd. Fralmi, Rolandi qd. Sornachi, Ceci qd. Rolandi qd. Cristofani, tunc consulum militum porte S. Petri Luc., et in presentia Gerardi, prenomine Travalli, tunc consul maior Luc. urbis, et Ildebrandini, filiastri missi consulum et aliorum quamplurium. A. MCLXXIII, V id. aug., ind. VI. Rolandus presb. et prior S. Michaelis ss. Presb. Martinus uic laudamento interfui et ss. Presb. Rodulfus eccl. S. Michaelis in Foro can. huic laudamento interfui et ss. Presb. Petrus uic laudamento interfui et ss. Iohannes levita et can. S. Michaelis uic laudamento interfui et ss. Susfredus supradicte eccl. can. et levita, licet indingnus, S. Michaelis uic laudamento interfui et ss. Romeus presb. et rector eccl. S. Sentii huic laudamento interfui et ss. Bartholomeus not. imp. omnibus suprascriptis interfui.

*Originale:* ✠ 3. *Copia del sec. XII, di* Guilielmus not. imp.*:* ✠ 3; *altra copia del sec. XII, di* Paganellus not. imp.*:* ✠ 3.

[1] *L'orig. ha:* Thinseo

1315. *Lucca, 15 Dicembre 1173.*

A. MCLXXIII, XVIII kal. ian., ind. VII. Nos Guerrucius qd. Bornecti et Buona iugalis eius (filia) qd. Manfredi, consentiente michi Bone marito meo, ubi interfuit notitia Gerardi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Presbitero vel Preite qd. Petri Corbi de terra, quam a te per tenimentum detinemus, unum sist. de grano bono, sicco, ad sist. venditorium de Luca, omni anno. Pretium[1] XV sol. Luc. den. accepimus. Pena dupli et consulum et treuguanorum Luc. presentium et futurorum vel alterius potestatis, que Lucam regeret. Act. Luc(e). S. m. iugalium, Guerruccius coniugi sue consensit facere venditionem, et Gerardus iudex eam secundum legem interrogavit. S. m. Stranbi

qd. Arturii atque Dati qd. Sanocci tt. Guerruccius, super animam suam et sue uxoris iuravit, quod omni anno dabunt Preite aut suo heredi[2] v sist. de bono grano sicco, computato in quinque sistariis, sist. venditum, per totum (mensem) aug., nisi remaneret Presbiteri seu Preiti parabolam; si Deus eos adiuvaret et illa sancta evangelia, super quibus manum inposuit. Gerardus iudex et not. imp., post traditam etc. Testes suprascripti, ind., locus et datale.

*Originale :* R. 114.

1 *Corretto da* pretio 2 *Le parole* aut suo heredi *sono nell' interlineo.*

1316. *Lucca, 23 Dicembre 1173.*

Breve ad futturi temporis demo(n)strationem, qualiter Luc(e), in canonica B. Martini, bonorum virorum presentia (quorum) nomina declarabuntur inferius, Schetha qd. Rolandi, advocatus suprascriptę eccl. S. Martini, ex licentia et parabola presb. Benedicti sacriste et eiusdem eccl. canonice camerari, consilio et consensu magistri Henrmanni et magistri Pandulfi atque Beroardi et aliorùm eiusdem eccl. concanonicorum,[1] per cartulam, quam suis tenuit manibus, investivit Uguicionem f. Russpilii per tenimentum de una mascia, pertinente suprascriptę eccl., et omnibus suis pertinentiis, quę est loco Massa Macinaria u. d.,[2] cum omnibus casis et cassinis, terris et rebus massaritiis, cultis et incultis seu agrestis, sicut Martinus frater Uguicionis per tenimentum detinebat; (ut) Uguicione cum heredibus eam habeat et detineat ad lab., salva ratione quam Martinus habet in ea vel sui heredes, reddendo de ea Uguicione omni anno canonacis, aut eorum camerario[3] quattuor asinatas boni vini musti, ad ipsius terre star., et medium star. de castaneis mollariis et unum denarium pascioraticum. Pena: c sol. Luc. den.[4] et consulum et treuguanorum Luc. vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. est coram Baroncello f. Palarmini, Bornecto Cacacio qd. Overardi atque Viviano qd. Guidi presentibus tt. vocatis. A. MCLXXIII, X kal. ian., ind. VII. Prefati homines ibi fuere. Ubertus not. imp.

*Originale :* O. 106 ; *Regestum B, c. 34 v.*

1 *L' orig. ha :* concanonaciorum 2 *Il nome del luogo manca.* 3 *L' orig. ha :* canonario 4 *Le parole* centum sol. Luc. den. *sono su rasura.*

1317. *Tassignano (Lucca), 6 Gennaio 1174.*

A. MCLXXIV, VIII id. ian., ind. VII. Nos Ricciardus et Luctieri gg. et qd. Greci per hanc cartulam vendimus[1] et tradimus[2] tibi Romeo diac. et can. S. Martini et (f.) qd. Gottifredi unam petiam de terra, q. est in Tassignano, in l. u. d. Cafagio, et tenet:

unum caput cum uno latere in terra Rembi fratris suprascripti Romei, aliut caput in terra S. Bartolomei monasterio, aliut latus in terra Rainolfi qd. Bernarducci; et est per mensura star. VII, vel si plus est. Pretium accepimus CX sol. den. Luc. monete. Repromictimus nos cum nostris heredibus tibi Romeo et tuis heredibus, ut si nos vobis intentionaverimus et non defenderimus, spondemus componere venditionem in duplum et sub pena Luc. consulum et tre(g)uanorum tam presentium quam futurorum, vel alterius potestatis, que Luce dominabitur. Act. in l. u. d. Tassignano. S. m. Ricciardi et Luctieri. S. m. Domenici qd. Martinucci, Tassignani qd. Passarini, Dolofeci f. Corsi tt. Ildebrandus not. imp.

*Originale:* D. 12. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Ildebrandus: Romeus investivit Ricciardum, pro se et Lucterio, de suprascripta terra per tenimentum et perpetuam locationem; et nec ipse nec eius heredes et proheredes terram prefatis gg. nec eorum heredibus et proheredibus astulerint, nec aliquit eis superimposuerint, sub pena Luc. consulum *etc. (come sopra)*; et Ricciardus pro se et Luctieri investivit Romeum, sub pena Luc. consulum, *etc. (come sopra)*, quod omni anno solvent Romeo et suis heredibus et proheredibus, ad casam abitationis eorum, III star. et medio de grano et III et medio de milio, in mense sept. *(le parole* in mense sept. *furono aggiunte nell'interlineo e, pare, da altra mano)*, pro rendita suprascripte terre, ad star. currentem in Classum; et sic se suosque heredes obligavit, sub suprascriptis penis, et sub pena dupli; et qui afflictum detulerit, panem et vinum habere debeat competenter. Preterea Ricciardus per Domini evvangelia iuravit, quod terra suum et fratris sui erat alodium et non erat alienata vel obligata alicui persone vel loco *(il passo da* Preterea *fino a* loco *fu scritto dopo)*.

[1] *Corretto da* vendo, —mus *è nell'interlineo.* [2] *Corretto da* trado

1318. *Lucca, 2 Febbraio 1174.*

A. MCLXXIV, IV non. febr., ind. VII. Nos Trombertus[1] qd. Iohannis et Heimelina eius uxor et filia Tardati, quia tu Baroncellus qd. Martini dedisti nobis libr. VI den. Luc. cum compera, quam fecisti a nobis, ego Heimelina consentiente mihi marito meo, ubi interfuit notitia patris mei et Turghi g. mei propinquiorum meorum, a quibus interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc paginam repromittimus tibi, quia deinceps in antea, nos vel nostri heredes non habemus ullo modo agere vel causare sive aliquam molestiam inferre, tibi neque tuis filiis vel filiabus sive ulli vestrę progeniei, quos modo habetis aut habueritis, de manentia vel per manentiam, neque de aliqua colonaria ascripticia atque originaria conditione, neque de vestro habere mobile et immobile; neque faciemus vobis aliquam litem de terris, quas ab aliis senioribus usque modo detinuisti(s); neque contendemus vobis ire, stare et habitare, ubicumque vobis placuerit, et facere omnia, sicut ad bene liberos et absolutos homines pertinet ab

omni manentia colonaria ascripticia atque originaria conditione. Pena: arg. libr. x, sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc., vel alterius potestatis, quę Lucam distringeret. Act. Luce, in domo nostra. S. m. iugalium, Trombertus coniugi suę consensit et propinqui ibi fuerunt, eamque interrogaverunt. S. m. Boni qd. Cimbrotti, Morecti f. Vitalis, Biffignani qd. Iohannis tt. Petrus not. imp.

*Originale:* M. 33; *Regestum A, c. 2 v.* *Nel verso della carta, da mano del sec. XII:* Ostendenda advocato. *E da mano del sec. XIII:* De Domethano.

1 *Il Reg. A aggiunge:* Qui Trombertus emerat, ut supra dicitur *(cf. il reg. n. 1302)* masium Corsi, de quo est Trullius et consortes, a Guilielmo Brunichi; quod postea refutavit Florentia filia predicti Baroncelli cum viro, nomine Bencasano.

1319. *Lucca, 19 Febbraio 1174.*

A. MCLXXIV, XI kal. mar., ind. VII. Nos Villanus qd. Rolandi atque Berta iugalis eius (filia) qd. Ugolini, consentiente michi Berte marito meo, ubi interfuit notitia Gerardi iudicis imp., a quo interrogata sum secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus vobis Simeone f. Beraldi atque Leonesi qd. Baldinelli omne ius et actionem seu usum et derictum atque melioramentum, quod nobis pertinet, de una petia de terra, q. est in l. et fin. u. d. Prato S. Columbani, cum capanna et palmento et tino et arboribus et vitibus super se; que tenet: unum capud cum uno latere in via publica, alterum capud in terra filiorum Bellomi atque Ubertelli qd. Saulli cum dimidia fossa, alterum latus in terra filiorum Opithi et aliquantulum in terra filiorum qd. Sofredi. De qua soliti sumus reddere omni anno ecclesie S. Martini star. x de fabis et x de grano, atque ecclesie S. Marie de Forisporta star. x de grano et x de fabis et x inter milium et panicum. Recepimus pretium, LXXX libr. den. Lucensium monete. Pena dupli et consulum et treuguanorum Luc. presentium et f[u]turorum, alteriusque potestatis, que Luce aministrationem habuerit. Act. Luce. S. m. iugalium, [Vil]lanus coniugi consensit, et Gerardus iudex eam, secundum legem Longobardorum, interrogavit. S. m. Salomonis qd. Guidi et Brandellii qd. Fredçani et Ubertelli atque Anfossini f. [...]ni tt., atque Rolandi iudicis de S. Andrea. Gerardus iudex et not. imp.

*Originale:* Q. 22. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Gerardus*:* Sciendum est quod [... fi]deiussores pro se Ubertum Çetovare qd. Uberti et Ranuccinum qd. Ciciorini, q. obligaverunt sese fideiubendo [...], quod si dampnietatem emptores aut eorum heredes venerint ration[...] civitatis, ipsi eis emendabunt infra xv dies, postquam inde inquisiti fuerint; et sic fideiubendo obligaverunt [sese] et per iugales interceserunt fideiubendo eorum rogatu et per stipulationem suprascripto Simeo[ni] [...] emendabunt dampnum [...] omni exceptione iuris. Huic obligationi interfuerunt tt. supra-

scripti. Suprascripti tt., ind., locus et datale. *Nel verso, da mano del sec. XV:* Vetusta familia *(?)* Saulli.

1320. *1 Marzo 1174.*

A. MCLXXIV, ipsa die kal. mar., ind. VII. Ego Albertus presb. ac prior eccl. et canonice S. Marie, que d. Forisportam, ex parte eccl. et canonice, cum consilio el voluntate ceterorum canonicorum, per hanc cartulam vendo [et tra]do tibi Leonesi qd. f. Baldini unam petiam de terra, q. est campus cum arboribus super se, in l. u. d. Pratus S. Columbani, unde omni anno recolligebam a Villano G[...]re per libellum x sist. de grano et x de fabis et x inter milium et panicum; que tenet: unum [ca]put in terra [U]bertelli qd. Saulli et Venture qd. Bellomi, alterum cum uno latere in viis publicis, aliud latus in terra S. Martini, sicut terminata est. Recepi [pretium, l]ibr. xxx Luc. den., quos [...]us sum in emptione terre, ad opus eccl. et canonice. Pena dupli et [ar]g. libr. xx et sub pena Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum et qualis potestatis Luce [dominabitur]. Act. in suprascripta [...]. Albertus prior ss. Henrigus presb. ss. Caro presb. ss. Presb. Arma[nnus] ss. Guido diac. ss. Gerardus ss. Melior subdiac. ss. [S]. m. Bongiori qd. Bonialioni *(?)*, Ubertelli Zetoare, Simeonis f. Viviani tt. Dulcis not. imp.

*Originale:* P. 149.

1321. *Lucca, 9 Maggio 1174.*

A. MCLXXIV, VII id. madii, ind. VII. Ego Ardingus qd. Dominichi per hanc cartulam in solutum[1] do et trado tibi Gerardino qd. Andree meam portionem, q. est medietas, de una petia de terra, q. est palliaretum, in l. u. d. Porrione et prope S. Quiricum de Casale; que tenet: unum caput in terra hospitalis S. Martini, alterum in fossa de Dogaia, latus unum in terra abbathie de Cantignano, alterum in terra filiorum qd. Raineri de Furcole. Do pro IV libr. Luc. den., quas tibi dare debebam. Pena dupli et ad penam Luc. consulum et treguanorum presentium et futurorum vel alterius potestatis, que pro tempore Luc. civ. prefuerit. Act. Luce. Predictus Ardingus hanc cartulam fieri rogavit. Martinellus sellarius et Gianni calthorarius tt. interfuerunt. Gottefredus not. imp.

*Originale:* P. 153.

[1] -lutum *è nell' interlineo.*

1322. *Lucca, 10 Maggio 1174.*

A. MCLXXIV, VI id. madii, ind. VII. Manifestus sum ego Marrone qd. Cruccibaldi, quia tu Benedictus presb. et can. et

segrestanus et camerarius eccl. et canonice S. Martini et Tigniosus presb. et confrater tuus eiusdem eccl. canonicus per cartulam libell. nom. ad censum perexsolv. dedistis mihi sex petias de terris suprascripte eccl., quę sunt in l. et fin. Piothano; prima est casalinus cum curte ante et retro; quę tenet: unum caput in terra Guidonis de Montemagno, alterum in via publica, ambo latera in terra Bendoni da Botho; secunda est vinea; quę tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripti Guidonis, alterum caput in terra suprascripti Bendoni, alterum latus in terra Iohannis qd. Guiduci; tertia est vinea u. d. Fontegio; quę tenet: unum caput in terra Ugolini qd. Boddi, alterum in semitula, latus unum in terra Gerardini qd. Henrighetti, alterum in terra filiorum qd. Divitis; quarta est vinea in eodem l.; quę tenet: unum caput in via publica, alterum in terra Panincampi qd. Guarcietti, latus unum in terra suprascripti Bendoni, alterum in terra Gerardinelli qd. Albertini; quinta est silva u. d. ad Pomontem; quę tenet: unum caput cum uno latere in terra suprascripti Panincampi, alterum caput in terra Gerardelli qd. Guidoli, alterum latus in terra Ionte qd. Astuchi; sexta est u. d. ad Pedem Montis, prope fluvium Fredane; quę tenet: unum caput cum uno latere in molino eccl. S. Georgii, alterum caput in terra suprascripti Bendonis, alterum latus in terra eccl. S. Fridiani de Piothano. Dedistis, ut in mea vel meis heredibus ac proheredibus sit potestate predictas petias habendi atque fruendi. Vobis et vestris successoribus omni anno in mense madii ad canonicam (reddere debeamus) sol. IV den. Luc. monete. Pena: arg. libr. X et consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, quę Piothanum distringeret. Duo libelli. Act. Luce, in claustro suprascripte eccl. S. Martini. S. m. Marroni. S. m. Lambertuci qd. Gerardi, Guitoni qd. Viviani, Ugolini qd. Boddi tt. Petrus not. imp.

*Originale:* D. 102. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Petrus: Gregorius f. Angerelli et Iohannes qd. Rolandini intraverunt mallevatores de suprascripta pensione, seque inde debitores et reos principales constituerunt, et, sub penis predictis, se suosque heredes obligaverunt et suprascriptis presb. et canonicis convenerunt et promiserunt, quod si omni anno den., sicut dictum est, soluti non fuerint, quod ipsi, remoto auxilio novi iuris autenticorum et omni alio auxilio legis et usus, solvent infra dies XXX post inquisitionem proximos. Suprascripti tt., locus, ind. et dotale.

1323. *Ospedale di S. Donato, 18 Maggio 1174.*

A. MCLXXIV, XV kal. iun., ind. VII. Ego Rolandus f. qd. Guidonis Maliconsilii per hanc cartulam pro animę meę remedio offero tibi fraternitati seu conventui ęccl. S. Martini, quę est con-

structa et edificata in l. u. d. Valle Primaria, unam petiam de terra, q. est ortus et curtis et super quam Iohannes qd. * * habet casam levatam, que est in suprascripto l. et fin., prope iamdictam ęccl.; que tenet: unum caput in via publica et strada, aliud in aqua Fredana, latus unum in terra fraternitatis et conventus, que fuit empta a Cispo qd. Gerardi et Sciabordito et nepote, reliquum latus in terra Guidonis de Montemagno et Hermanni qd. Paganelli. Offero, salvo iure iamdicti Iohannis de suo edificio, quod auferre possit, ut a presenti die in antea, tam in vita mea quam et post obitum meum, iamdicta petia sit in proprietate fraternitatis et conventus et potestate illorum priorum et rectorum, q. per tempore inde fuerint ordinati, eam habendi et fruendi ad usum conventus et fraternitatis et pauperum. Pena dupli et sub pena consulum et treguanorum presentium et futurorum Luc. vel alterius potestatis, que Lucam distringeret. Act. in hospitali, quod d. S. Donati. S. m. Rolandi. S. m. Cacciaguerre qd. Henrigi, Martini qd. Ranucci et Rolandi qd. Rusulii tt. Urbicianus iudex et not. imp.

*Originale:* D. 119. *Dopo la sottoscrizione del not. segue di mano dello stesso* Urbicianus: Rolandus presb. et plebanus plebis S. Stephani prior et rector conventus et fraternitatis, pro se et pro aliis rectoribus ipsius conventus et fraternitatis, convenit et promisit facere eque bonam domum Iohanni, ut suprascripta est, cum materia huius domus et cum alia, quę ibi fuerit necessaria, in quo l. Iohanni placuerit, in suprascripto burgo de Valpromario vel ibi prope super terram hospitalis S. Donati, sine fraude. Suprascripti tt., locus, ind. et datale.

1324. *19 Maggio 1174.*

« Catenaccius et Guiscardus gg. ff. Bonelli reddere tenentur annuatim Luc. capitulo star. octo grani de duabus petiis terrarum, q. sunt in l. dicto ad Pellicastri. Manu Alberti not. (A.) M°C°LXX°IIII, XIIII kal. iun. ».

*Regestum B, c. 54 v.*

1325. *Lucca, 9 Luglio 1174.*

Brevis descriptus causa memorie, qualiter in Luc. civ., presentia bonorum hominum quorum nomina inferius leguntur, Nero qd. Bastardi, Ierosolimam volens ire, pro remedio sue anime et amore Dei dixit et confessus fuit de redditu hospitalis S. Martini tantum fore in Massa Macinaia: Petrus de Monte cum suis consortibus reddit II sol., Ciaffarinus IIII den., Bonaldinus, gener Orlanducci, III star. de grano per annum, Spina cum fratre I star. grani, Corso cum suis consortibus medium star. grani, Valiscianus cum suis consortibus II star. milii et IIII den., inter Tonem

et Cigorinum cum suis consortibus III sol., filii Berte de Curte XVI den., Accorsus f. Boldronis de Lame I den., Malvecchio I star. vini, Beneveni, gener Bugiani, tantumdem, Attone tantumdem, Baratellus de Valle V star. vini, Valliscianus cum sorore sua X star., Gualfreduccius f. Scocti V star., Fieri unam asinatam, Riccius Constantie tantumdem, Cecius I star., Corso, gener Tromberti, I star., Tosiusus de Curte cum suis consortibus XXI star.; in Compoto, in capella S. Marie: Vitalis III den., Martinus, pater Ubertelli, II star. vini; Bernardinus de Colle tantumdem, Riccius ta(n)tumdem, Guascus I libr. olei, Bonus de Colobaias I den., Petrus f. Stephani I den., Riccio de Colombaio I den. et medium, Corsus II den. et medium, Ianni I libr. olei, Ioculus Buriani XL orceos et II libr. et medio olei et I den., Bomfiliolus Piccoli IIII star. et medio de musto et III star. castanearum, Riccio Vitalis cum suis consortibus VI den., inter Barattellum et Gattum cum suis consortibus XVIII den., Motthicone de Faeta II den. et medium; in Cavina: Guido f. Giuliardonis VIII star. vini et II de castaneis, unam quarram minus, Bornectus Toccalira tantumdem, Ugolinus, maritus Beldie, cum Bucello IIII den., Tignosus de Buitese I den., Bertolus, gener Porcili, XII star. et IIII libr. olei cum suis consortibus, Corsus de Valle cum suis consortibus VI star. de castaneis et VI libr. olei et II asinatas de musto, Bornecto Leoli IIII libr. olei et IIII asinatas de musto et VI star. castanearum, Bondoro de Ripuli I star. castanearum, Porro I libr. olei. Ego Nero reddo IIII sol. inter pratum et casam et boscum et unam petiam de terra, q. est in Colline, et unum medium star. milii. Presentia: Beneveni qd. Gerardi et Bemfardi qd. Gratiani et Aldibrandini qd. Stephani. A. MCLXXIV, VII id. iul., ind. VII. Ildebrandus not. imp.

*Originale:* O. 138.

1326. *Canonica di S. Martino (Lucca), 20 Luglio 1174.*

A. MCLXXIV, XIII kal. aug., ind. VII. Ego Ramundinus de la Roccha qd. Guilielmi per hanc cartulam pro animę mee meorumque parentum remedio, si in hac via, in qua iturus sum, Beati Iacopi obiero, vel quocumque tempore decessero, nisi remutavero per publicum instrumentum, tibi eccl. atque canonice S. Martini Luc. episcopatus do, trado, iudico atque dispono omnes terras et casas, cultas et incultas atque agrestes, quas habeo et mihi pertinent in l. Cune; quas homines de eodem l. a me detinent, unde annuatim solitus sum recipere mod. V grani, ad rettum Luc. (civ.) sist. Si quis meorum heredum hanc dispositionem in aliquod egerint, sit compositurus ei (eccl.?) rem in duplum,

quam temptaverit, et si quid de bonis meis debet habere, perdat et ad illum vel illos, q. eam observaverit, deveniat, ad penam Lucane potestatis et Luc. consulum et treuguanorum presentium et futurorum, et c libr. den. Luc. monete. Act. intus dormitorium canonicorum S. Martini, quod est iuxta capitulum. S. m. Ramundini, q. hoc iudicii scriptum fieri rogavit. S. m. Carfalletti qd. Gottifredi et alterius Carfalletti qd. Villani, Tromberti qd. Rustici, Datti viri sapientis [tt.] Gratianus not. imp.

*Originale:* S. 36. *Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV:* Dicitur, quod iste *(?)* Ramundinus fuerit *(?)* de dominis de Vallechia. *Cf. il reg. seguente.*

1327. *Canonica di S. Martino (Lucca), 20 Luglio 1174.*

A. MCLXXIV, XIII kal. aug., ind. VII. Ego Ramundinus qd. Guilielmi, iturus ad Beatissimum Iacopum de Gallitia pro meorum delictorum indulgentia, per hanc cartulam pro anime mee et animarum patris et matris mee omniumque parentum meorum remedio do et offero tibi eccl. et canonice S. Martini Luc. episcopatus omnes terras et cassinas, cultas et incultas atque agrestes in l. Cune, quas homines de eodem l. a me detinent. Do et offero eo ordine et modo: Si ego migravero antequam revertar a S. Iacopo, quatenus deinde in antea suprascripta eccl. eiusque canonici omni anno hab(e)ant et recolligant v mod. grani, ad rettum Luc. sist. venditorium. Si vero rediero et tempore aliquo decessero, nisi predictam oblationem per publicum scriptum notarii remutavero, quod deinde similiter, post meum obitum, suprascripta eccl. eiusque canonici habeant et recolligant v mod. grani, ad Luc. sist. venditorium. Volo etiam et iudico, ut si aliquis meus heres de oblatione adversus suprascriptam eccl. vel canonicos seu rectores, q. ibi prefuerint, in aliquod agerint, ut ille heres sit compositurus oblationem in duplum. Potestatem habeant sine nostris personis causas agendi. Act. intus dormitorium canonicorum suprascripte eccl. S. m. Ramundini, q. hanc cartulam fieri rogavit. S. m. Carfalletti qd. Gottifredi et alterius Carfalletti qd. Villani, Tromberti qd. Rustici tt. et in conspettu Datti viri sapientis. Gratianus not. imp.

*Originale:* S. 36. *Cf. il reg. precedente.*

1328. *Monastero di S. Bartolomeo (Lucca), 6 Agosto 1174.*

Breve memoriae, qualiter sub po[rti]cu mon. S. Barthol[omei, quod d. a] Moio, in conspectu bonorum virorum nomina quorum inferius continentur, [Up]randus prior [predicti] mon., ex parte mon., per virgulam, quam sua [detinebat ma]nu, investivit per tenim[entum] Gratianum et Termucium gg. qd. Ramundini de